LEXICON
XENOPHONTEUM

VOLUMEN PRIMUM

LIPSIAE MDCCCI
APUD JOH. AMBROSIUM BARTH.

LECTORI

S. D.

FRID. GVIL. STVRZIVS.

Accipis tandem partem Indicis Xenophontei, quem Carolus Augustus Thieme, in schola Thomana quondam Conrectoris munere functus, et d. 25. Oct. 1795. vita defunctus, iam anno huius saeculi sexagesimo tertio Graecarum literarum studiosis promiserat *), et quem saepe et cupide viri docti desiderarunt atque efflagitarunt. Et sane,

cum

*) nempe, vt notum est, in praefatione, quae praefixa legitur editioni operum Xenophontis Wellsianae, quam repeti Lipsiae iussit Thiemius.

cum Thiemius, id quod ipſe non ſemel mihi profeſſus eſt, auctore magni nominis viro, qui quis fuerit facile diuinabis, nimis feſtinanter editionem Lipſienſem curaſſet, ita vt nec vllum ad intelligenda Xenophontis verba praeſidium, nullae copiae philologicae, nulla rerum hiſtoricarum, geographicarum et antiquariarum illuſtratio addi, nec leuitas illa temeritasque inſignis, qua Welſium in mutanda editionum antiquiorum lectione vſum esſe, et multa corrupiſſe potius quam correxiſſe conſtat, caſtigari ſatis emendarique vllo modo poſſet: praeclare vidit vir beatus, opus eſſe aliquo ſupplemento, quo illa vitia poſſent tolli, atque adeo impedimenta, quae lectorem in aſſequenda Xenophontis mente ſaepe morarentur, vel prorſus remoueri, vel certe minui. Et ab initio quidem ſupplementum illud in duas partes diuidere voluit, quarum altera indicem rerum Latinum et indicem verborum Graecum, obſeruationibus virorum doctorum auctum, complecteretur, altera obſeruationes doctorum ad rem criticam et orationis Xenophonteae integritatem ſpectantes, vna cum varietate lectionis. Itaque primo collegit magno ſtudio notas eruditorum hominum, quae vel ad emendanda vel etiam ad explicanda Xenophontis verba pertinerent, easque in aduerſaria congeſſit, quae ex inſigni viri beati liberalitate ego penes me ſeruo ſat ampla. Deinde non minori ſtudio, maiore etiam diligentia adhibita plus ſemel omnia Xeno-

nophontis opera perlegit eo consilio, vt indicem omnium verborum conficeret, in quem non nisi quae ad interpretationem et intelligentiam scriptoris elegantissimi spectarent, coniicerentur. Quae omnia quantum temporis consumserint, quantum laboris poposcerint, quantum denique taedii attulerint, colligi et aestimari ab iis, qui eiusmodi laboribus exercitati aliquando fuerint, quam recenseri a me atque describi malo. Cum vero his omnibus colligendis, et praeterea tam veteribus Grammaticis, quam recentioribus, non solum Xenophontis, sed etiam aliorum scriptorum veterum, interpretibus, conferendis multum temporis, vt dixi, esset insumtum, cumque interea viri docti, auctore et duce Ernestio, quasi certatim ad Xenophontis libros et emendandos et interpretandos concurrissent, coepit vir beatus mutare consilium hactenus, vt, omisso peculiari, quo annotationes ad Xenophonteae orationis emendationem pertinentes continerentur, volumine, quaecunque ad rem criticam facerent, ea omnia indici inserere atque intexere constitueret. Quae quidem consilii mutatio videbatur vel hanc ob caussam necessaria esse, quia, si omnes, etiam Ernestii, Hindenburgii, Bachii, Zeunii, Schneideri, aliorumque recentiorum Xenophontis interpretum obseruationes et animaduersiones, colligendae fuissent, in immensum excreuisset operis moles. Sed eadem prioris consilii immutatio habuit simul hoc mali, vt idem

labor,

labor, quem iam Thiemius noſter pene exantlatum putaret, fere denuo eſſet ipſi ſubeundus, qui labor cum per nouas illas editiones valde augeretur, et tamen ille ſummam vbique diligentiam ſibi ſequendam propoſuiſſet, factum eſt vt rurſus anni permulti elaberentur, nec tamen index elaboratus abſolutusque in publicum ederetur. Tandem Thiemius, qui, annis fractus ac debilitatus, indicem non niſi ad vocabulum γίγγλυμος vsque compoſuiſſet et ordinaſſet, diu in opere inſtituto ceſſauit, donec anno huius ſaeculi octogeſimo ſexto, qua erat egregia in me beneuolentia, mihi totum ſuum apparatum traderet, ea quidem lege, vt quae diſperſe ipſe collegiſſet, in vnum quaſi corpus coagmentarem, et, ſi opus videretur, demerem, adderem, emendarem, pro arbitrio, modo non prorſus negligeretur eius conſilium. Suscepi igitur laborem, et in eo perferendo ſemper, quantum licuit, ſpectaui conſilium exemplumque viri nunc quoque poſt fata mihi ſummopere venerandi. Neque id feciſſe me poenitet. Cum enim index pertineat proprie ad editionem Thiemianam ſiue Welſianam, prorſus illam apparatu critico carentem, cumque ſaepe, vbi varietas aliqua lectionis commemoranda eſt, quaedam annotandi occaſio offeratur, quae alias penitus fuiſſent omiſſa, cum item in re critica conſtet magni momenti eſſe, vt in promtu habeas exempla permutatorum inter ſe vocabulorum eorum, quae vel ſignificent ſimilia,

vel

vel similibus literis scribantur, vel similiter pronuncientur, cum denique in breui eiusmodi variantium lectionum indicio, quale nos in hoc indice secuti sumus, multo minori spatio opus sit, quam si earundem lectionum variantium catalogum ad ordinem librorum Xenophontis peculiari volumini incluseris, quippe cum non id nobis agatur, vt prolixe et subtiliter lectionis cuiusque veritas aut falsitas iudicetur, quia vel criticae rei periti fingere sibi iudicium ipsi possunt, vel aliis minus in ea exercitatis lectoribus, modo attenti sint, ex ipsa orationis meae serie non raro iudicare licebit, aut certe, vbi de aliquo loco, cuius lectio variat, dubii haerent et plura cognoscere cupiunt, aditus facile patet ad Zeunii aliorumque recentiorum interpretum animaduersiones: propterea neque potui neque debui prorsus omittere variantium lectionum indicium, aut addere de iis iudicium, nisi vbi vel ob loci alicuius interpretationem necessarium videretur, vel paucis posset verbis absolui, et tamen me gratiam a lectoribus non paruam initurum esse recte sperare videbar posse. Neque tamen omnium variantium lectionum mentio facta est. Quae enim vel aperte sunt librariorum vitia, vel tantum in codicibus manu scriptis reperiuntur, a nullo editore recepta, ea, nisi alicuius momenti esse viderentur, Thiemium secutus fere praetereunda putaui. In quo non nescio quanta sit sententiarum varietas. Alii enim hanc, alii illam lectionem

ctionem praeſerunt, interdum etiam vel propterea, vt ipſi quoque ſapere et iudicii acumine pollere videantur. Cum igitur fieri non poſſit, vt omnibus hoc in genere ſatisfiat a quoquam, merito ſane et iure quodam meo exſpectare et vero etiam poſtulare videor, vt, quantum ſibi licere nonnulli de additione vel omiſſione putauerint, tantum liceat mihi. Idem ſcito factum eſſe de coniecturis et emendationibus virorum doctorum, qui opera Xenophontis vel omnia vel nonnulla ediderunt, et notis animaduerſionibusque illuſtrare conati ſunt. Quae enim antiquiores interpretes, et inprimis quidem Stephanus, Leunclauius, Hutchinſonus, ſed etiam Erneſtius, Bachius, Hindenburgius, Morus, Zeunius, Schützius, et Schneiderus hanc in rem annotarunt, ea pleraque omnia, breuiter quidem, ſuis quaeque locis commemoranda putauimus. Ex reliquorum animaduerſionibus non niſi pauca excerpſimus, quia, cum nullis codicum manu ſcriptorum praeſidiis adiuuarentur, vel ſuperiorum interpretum annotationes modo deſcripſerunt, vel plerumque, vt ſcilicet ipſi quoque haberent quod dicerent, nimis emendandi et corrigendi pruritui indulſerunt. Quis enim, vt hoc vtar, probauerit viri docti correctionem illam, qua Memorabil. Socr. 1, 3, 3. verba ζῆν et τοῖς θεοῖς cenſet delenda eſſe, vel 2, 1, 26. pro ὑποκοριζόμενοι legi iubet θυμῷ χαριζόμενοι. Atqui hae et ſimiles propoſitae ſunt in editione Gothana nuperrime (1797. 8.)

8.) curata, e qua, qui talibus ingenii lusibus delectatur, petere facile potest. Quodsi in his quoque fuerint qui aliter sentiant, et vel omnes vel nullas recentiorum interpretum coniecturas afferendas fuisse opinentur, non ego cum iis pugnabo, imo facile eos suo frui sensu permittam, modo me frui vicissim permittant meo, praesertim cum ego sequi etiam hac in re debuerim Thiemii voluntatem, quippe qui diserte sic me versari in hoc loco iussisset, ita vt omnis siue laus siue reprehensio in me quidem cadere nequeat: id quod vel ex iis luculenter apparet, quae ipsum inde ab initio vsque ad nomen γίγγλυμος elaborasse narraui, quibus ego de meis addidi pauca.

Quemadmodum autem in critica indicis parte commodis lectorum ea ratione consulere sumtibusque parcere et volui et debui, vt quam posset breuissime eam absoluerem, neque adeo in tantum augerem libri molem, vt prius Thiemii consilium, quod postea ipse damnauit, resumerem: ita in reliquis quoque partibus, quibus grammatica siue philologica, historica item et geographica continentur, a via, quam idem Thiemius et monstrauerat et ipse praeiuerat, temere declinare religioni mihi duxi. Voluit autem ille in explicandis vocabulis Graecis non minus quam in illustrandis rebus historicis et geographicis hac vti ratione, vt, vbicunque fieri commode posset, primo poneret verba Grammaticorum aut Historicorum aut Geo-

gra-

graphorum veterum, vel saltem locos, in quibus ea reperirentur, diligenter indicaret, deinde vero etiam e recentioribus viris doctis praecipuos, qui de re proposita vberius exponunt, suo quemque loco commemoraret. Quod quidem viri beati consilium quin sit valde laudabile, nemini dubium esse potest, qui res antiquas didicerit ex antiquis potissimum sctiptoribus esse cognoscendas et interpretandas, vbi vero eorum auxilium desit vel non sufficere videatur, recentiorum quoque doctrina esse industriaque vtendum. Et si in vlla re alia, certe in hac, eximie laudanda est egregia viri beati industria atque diligentia, quam non quidem nescio superari posse, si quis consulto id egerit, sed in nonnullis locis pene nimiam ego quidem putabam, ita vt potius resecanda quaedam eorum, quae Thiemius collegerat, quam his addenda possent videri. Et resecui passim: nolui tamen ipse nimius aeque esse in resecando, atque ille fuerat in colligendo. Vnde in vocabulo σωφροσύνη aliisque pene luxurians cernitur locorum ex antiquis scriptoribus decerptorum seges. Quanquam igitur fatendum est, in nonnullis rem breuius potuisse et paucioribus absolui, tamen in hoc quoque genere Thiemii exemplum imitari, quam vt aliquid iure desiderari possit committere malui, praesertim cum praeuiderem, istas diuitias nonnullis fore gratissimas, meque, licet etiam illa, quae fortassis omitti insuper poterant, omisissem, non tamen nisi pau-

cissimis

cissimis plagulis operis molem imminuturum fuisse. Et quis, quaeso, magis laudat auarum ac parcum, quam liberalem et large donantem? Neque tamen hoc ita velim intelligi, vt quis me turpi lucri studio id fecisse possit existimare. Imo breuitati, quantum potuit, me operam dedisse contendo, et vt breuiori esse mihi licuisset vehementer cuperem. Cum vero non solis viris doctis, qui vel me Thiemiumque meum linguae Graecae peritia omninoque antiquitatis scientia aequant, vel etiam superant, et qui vno saepe aut duobus verbis moniti rem omnem facile perspicere et penitus valent, scribi hunc indicem destinarique potuisse sua sponte appareat: profecto non debui nimis breuis esse in explicando, sed interdum multis verbis vti, vbi paucissima adhibere et potuissem, et vero, si per reliqua momenta licuisset, etiam voluissem. Destinatum enim opus nostrum est maxime iis, qui nulla magistri voce adiuti legere et intelligere Xenophontei ingenii momenta cupiunt, neque tamen eo vsque in legendis scriptoribus Graecis processere, vt omnia facile et recte possint, etiam non moniti, capere. Quae res effecit, vt non solum, quid in singulis Xenophontis locis singula verba, verisimiliter saltem, significarent, sed etiam, inprimis vbi non vna in Xenophonte structurae ratio reperitur, quibus modis singula struantur, docendum indicandumque esset. Quin etiam rariores temporum in verbis, et casuum in nomi-

nominibus formas annotandas fuiſſe, e conſilio, quod nobis in conficiendo hoc indice propoſitum fuiſſe dixi, quilibet facile intelligit. Quod autem ad conſtituendas vocabulorum notiones attinet, in vniuerſum ſciendum eſt, nos minus ad illum eorum vſum, cuius in aliorum ſcriptorum veterum libris exempla reperiuntur, quam potius ad vſum Xenophonteum reſpexiſſe, atque adeo nonnunquam vocabulis notiones tribuiſſe, quarum in lexicis etiam inſtructiſſimis nulla ſit mentio, ſed quarum veritas ex orationis Xenophonteae ſerie vel e locis parallelis poteſt demonſtrari. Vbi facile fieri poteſt, vt quibusdam videamur nimis multas conſtituiſſe nonnullorum verborum notiones. Sed ſaepe fuit cuiusque loci ſenſus ſpectandus. In iis vero indicis partibus, quas ipſe elaboraui, hoc inprimis ſpectaui, vt primas notiones ſingulis verbis tribuendas putarem ex analogia linguae Latinae, quam e Graeca magnam partem conſtat ortam eſſe; quamuis alios viros doctos hic quoque aliter ſentire probe ſcirem. Etiamſi autem non ſolis viris doctis, quales paulo ante deſcripſi, hoc opus compoſitum ſit, tamen hos quoque magna cum vtilitate eo vti poſſe vel ideo perſuaſum mihi habebam, quia, vt iam ſupra me dicere memini, omnia quae in Xenophontis ſcriptis reperiuntur verba in hunc indicem congerere et explicare, atque adeo, qui genius, quae facies ſit Xenophonteae orationis, ipſis ſcriptoris politiſſimi verbis appoſitis oſtendere

tendere

tendere animus fuit: quae quidem res quantum commodi habeat, non opus est vt demonstretur.

Omnia vocabula, inquam, voluimus indicare, non omnes omnium vocabulorum locos ac sedes monstrare, atque adeo in nonnullis verbis atque nominibus, in numeralibus, in praepositionibus, in coniunctionibus aliisque particulis debuimus paucis exemplis contenti esse, ne lex illa breuitatis, quam nobis scripseramus, violaretur, quam legem in talibus ita obseruare studuimus, vt ea tantum, quae praecipue memoratu digna essent, deligeremus, caetera cuiusque lectoris priuato studio permitteremus. Quis enim ferat v. c. omnia exempla particularum γὰρ, γε, δὲ, δὴ, καὶ, εἰς, ἐπὶ, πρὸς etc. vel articulorum, inprimis praepositiui, cum iam ea, quae de his a nobis collecta sunt, propter amplitudinem creare nonnullis lectoribus taedium possint? Quod autem non, vt Ernestius in Claue Ciceroniana, aut Zeunius et Schneiderus in Xenophonteis indicibus, res geographicas et historicas in peculiares indices coniecimus, sed vno indice complexi ad literarum ordinem sumus omnia quae in Xenophontis operibus leguntur, siue ad linguae intelligentiam, siue ad geographiam, siue ad historiam et antiquitates spectare reperiantur, in eo tam manifesto commoditati lectorum nos consuluisse patet, vt pluribus verbis non sit opus, et ducem eo in genere habuimus Virum in his literis praeclare et insigniter versatum, ac mul-

tis

tis et magnis in rem literariam atque criticam meritis clarissimum, *Iohannem Fridericum Fischerum*, Thiemii, dum viueret, collegam coniunctissimum, meum autem praeceptorem summa pietate semper prosequendum, cuius grauissimum exemplum etiam in eo sum imitatus, quod iis vocabulis, quae non commemorantur in indice Thesauri Stephaniani, asteriscum praefigerem. Cum enim iam *Iohannes Grammius* ad calcem historiae deorum ex Xenophonte, siue antiquitatum Xenophontearum prodromi *) colligere instituisset ea vocabula Xenophontea, quae in thesauro illo Henrici Stephani vel desiderantur, vel auctoritate boni alicuius scriptoris destituti sunt, cumque ego facile animaduertissem, ne Grammii quidem talium vocabulorum catalogo omnia, quae ei inserenda fuerant, contineri, et tamen scirem, adhuc esse nonnullos inter viros eruditos, quibus talis diligentia, quae nec omnino inutilis est putanda, egregie placeret: notaui ea vocabula omnia, quibus prorsus Stephani thesaurus caret, praeter verbalia in έον et έος desinentia; quae vero ita extant in isto thesauro, vt nec verba nec nomen auctoris cuiusdam antiqui sit additum, et quorum incredibilis multitudo est, iis, quamuis apud Xenophontem reperiantur, asteriscum apponere omisi. Vnde simul, quam plenus sit index noster, potest colligi. Prorsus enim in Stephani thesauro, si quidem recte

*) Hauniae 1715. 4. p. 111 — 159.

ctenumeraui, desunt vocabula 413. quibus si annumeraueris 67 verbalia, qualia dixi, efficitur summa vocabulorum 480. quorum tamen num multa vel omnia iam relata sint in *Danielis Scotti* appendicem ad thesaurum Graecae linguae ab Henrico Stephano constructum et ad alia lexica Constantini et Scapulae *), vel in *Appendicem ad lexicon Graeco-Latinum a* Iohanne Scapula *constructum et ad alia lexica Graeca, e Codice MS. olim* Askeuiano *in lucem nunc primum vindicatam* **), definire mihi non licebat. Quae vero *Iohannes Caspar Suicerus* in specimine supplementi linguae Graecae ***), et *Iohannes Henricus Maius* in specimine supplementorum thesauri Graecae linguae ab Henr. Stephano constructi *), ille ex litera A, hic ex litera Σ, hanc in rem obseruarunt, ea singulis locis inserere non neglexi.

Praeter haec varia sunt, quae vt tu, lector, ignores, committere nolo. Primo enim in verbis posuimus, non primam indicatiui personam, vt in lexicis fieri solet, sed infinitiuum, etiam in verbis in

*) Quae Scotti appendix edita est Londini 1745. sq. fol. 2 voll.

**) Haec Askeuiana appendix prodiit Lond. 1789. 8. mai.

***) Quod specimen constituit caput XIII. Suiceri sacrarum obseruationum, Tiguri 1665. 4. p. 311—342.

*) Maii specimen adiectum est eiusdem libro quarto Obseruationum sacrarum ad diuersa vtriusque Testamenti loca, Frcf. 1732. 8. p. 161—233.

in μι desinentibus. Qui igitur indice nostro vti voluerit, is quaerat v. c. ἄγειν, ἱέναι, ἰέναι, φάναι, συμφάναι, non ἄγω, εἶμι, ἵημι, φημὶ, σύμφημι etc. Deinde medium fere seiunxi ab actiuo, passiuum non item; atque adeo vbi passiuum est pro medio, fere vt medium separatim posui. Interdum tamen commode id fieri non potuit, quare v. c. in verbis σώζεσθαι et φέρεσθαι, et paucis aliis, medium a passiuo non seiunctum reperias.

Tum adiectiua generis neutrius, quando pro aduerbiis posita sunt, retuli fere semper ad aduerbium, non ad adiectiuum. Porro breuitatis caussa, et vt chartarum spatio parceretur, libros Xenophontis, e quibus singuli loci petiti sunt, vbique his insigniui siglis, vt Π. significet Cyropaediam, A. Anabasin, Αγ. encomium Agesilai, Λ. librum de Lacedaemoniorum republica, Αθ. de republica Atheniensium, Πο. de reditibus siue vectigalibus, E. historiam Graecam, Ιερ. libellum de Hierone vel potius de tyranno, Απ. memorabilia Socratis, O. Oeconomicum, Απολ. Apologiam Socratis, Σ. Symposium, Ιπ. librum de re equestri, Ιπρ. de praefecto siue magistro equitum, K. de venatione, Επ. epistolas. Qua sola ratione profecto effectum fuit, vt spatium illud chartarum, quod supra dixi insumtum esse locis veterum Grammaticorum exscribendis, vel adiiciendae vberiori quam viris peritis opus esset singulorum verborum explicationi, si non abunde, certe plurimam partem, compensaretur,

prae-

praesertim si cogitaueris, me numeros librorum et capitum aeque ac minorum sectionum semper indicasse numerorum notis minoribus, quas Arabicas vocant: in quo genere, apud Xenophontem quidem, vnum Morum praeeuntem habui. Vbi vero paginarum numeri additi sunt paragraphorum numeris, ibi paginas editionis Thiemianae intelligi, non est quod moneam. Vt tamen etiam hoc in genere lectorum commodis prospicerem, quia Welsius, quem Thiemius in editione operum Xenophontis secutus est, minores sectiones interdum sat magnas constituit, ad calcem praefationis posui collationem tam paginarum editionis *Thiemianae* siue potius *Welsianae*, a qua Thiemiana paucis in locis Cyropaediae, Hieronis et Symposii differt, cum paginis editionum Stephanianae secundae, Leunclauianae tertiae, Hutchinsonianae maioris, Mori et Gailii, quam paragraphorum in editionibus Thiemii, Zeunii et Schneideri, ita vt, hac collatione adhibita, index noster, qui proprie ad Thiemii editionem accommodatus est, sit index praecipuarum editionum omnium. Denique nec illud praetermittendum hoc loco censui, quod Eustathii ad Homerum commentarios adhibui ex editione Romana, Platonis opera, nisi vbi capita e diuisione Fischeri laudaui, ex editione Stephaniana, Salmasii exercitationes Plinianas ex editione, quae Traiecti ad

aa Rhe-

Rhenum 1689. fol. prodiit *), Hutchinsoni dissertationes et Dodwelli chronologiam Xenophonteam ad paginas editionis Thiemianae, Doruillii ad Charitonem commentarium ex editione Amstelodamensi, Fischeri animaduersiones ad Welleri grammaticam Graecam ex editione priore. Interdum etiam, vbi loci e libello de re equestri explicandi fuerunt, laudaui versionem Germanicam Haynischii. Scilicet anno 1743. Francofurti et Lipsiae quaternis prodiit *Ξενοφῶντος περὶ ἱππικῆς λόγος, oder Xenophon von der Reiterkunst aus dem Griechischen übersetzet und mit kurzen Anmerkungen erläutert von I. C. H.* sub quibus literis latere voluit *Iohannes Christophorus Haynisch*, Rector olim Lycei Schleizensis, qui diem supremum obiit illo ipso anno 1743. Fuit ille vir valde doctus, cuius versio multis in locis maiori pretio digna est, quam *Gailii* in *Oeuvres de Xenophon, traduites en Français, sur les textes imprimés et sur quatre Manuscrits de la Bibliothèque nationale* **), quo libro continentur Oeconomicus, Apologia Socratis, et libelli de re equestri atque de magistro equitum. Sequitur Gailius

*) Thiemius praeclarum hoc opus in aduersariis suis laudauit ex alia editione, cuius itidem paginas vncinis inclusas addidi.

**) à Paris, l'an troisième, octonis.

lius plerumque Zeunium, vel potius huius notas pro ſuis venditat, omninoque officio editoris et interpretis Xenophontei non ſatis diligenter functus eſt. Neque enim tantum in verſione, quae plerumque nimis vaga eſt, ſed in ipſa quoque Xenophontea oratione multa vocabula prorſus omiſit, vel quia praeter Zeunii editionem vix aliam vllam contulit, v. c. Oecon. 11, 13. verba καὶ ὅπως ἀσκεῖς τὰ τοῦ πολέμου, et Hipparch. 3, 1. τῷ ante ἱππάρχῳ, quae in reliquis praeter Zeunianam omnibus leguntur, vel per ſuam ipſius imprudentiam, v. c. Oecon. 9, 7. verba τῶν ἀμφὶ λουτρὸν, 11, 3. δικαίως, 15, 8. γεωργίαν, in libello de re equeſtri 1, 9. ἡ σκληραί, Hipparch. 2, 3. ἢ, καὶ τὸ ἐπελαυνόμενον, 3, 7. θεάτρου, 4, 1. δεῖ, 4, 13. δικαίως, 5, 5. πολλούς. Contra addit interdum quaedam, haud dubie hanc ſolam ob cauſam, quia Zeunius per imprudentiam addiderat, v. c. de re equ. 8, 1. particulam καὶ ante nomen σωτήριοι. Sed tamen cum ille ſe quatuor Codices MSS. adhibuiſſe dicat, et varietatem lectionis ex iis cum orbe erudito communicauerit, non ſpernendam eius editionem putaui, ſed optima quaeque ex ea in indicem noſtrum ſuo quodque loco retuli, et vniuerſam lectionis varietatem e Gailii codicibus excerptam dedi in fine praefationis. Multo minorem vtilitatem praeſtiterunt duo alii libri ab eodem Gailio editi, quorum prior inſcribitur: *Extraits de Lucien et de Xenophon, avec des notes*, alter autem ſic: *Extraits de Luc.*

et

et de Xen. traduits par Gail. Vterque prodiit Parisiis a. 1786. duodenis, et ille complectitur, praeter tres Luciani libellos, textum Graecum librorum Xenophontis de republica Lacedaemoniorum et Atheniensium, cum Gailii notis, hic eorundem librorum versionem Franco-Gallicam, atque adeo separatim quoque venditur, sine Lucianeis, hoc insignitus titulo: *Républiques de Sparte et d' Athènes, traduites de Xenophon.* Quamuis enim ipsa Xenophontis verba non admodum sint nouis inquinata vitiis, et nouem Codicibus manu scriptis se vsum esse narret vir doctus, tamen nec variantes horum lectiones attulit vllas, nec notae adiectae vllius pretii sunt. Nulla huius Gailii operae mentio fit in Harlesiana editione Bibliothecae Graecae Fabricianae, nisi in capite de Luciano *), vbi notae Gailianae recte nominantur pueriles. Multo melior putanda, neque adeo a me neglecta est *F. E. H. Heubelii* versio libelli de re equestri **). Hic enim et Graeca sat bene vertit, et notulas non malae notae ad res ipsas illustrandas addidit. Ea quoque, quae *Chr. Iul. Wilh. Mosche* in animaduersionum in Xenophontis Oeconomicum specimine ***) ad illustrandam orationem Xenophon-

*) Vol. V. p. 359. vbi tamen ex instituto Ill. Harlesii admodum breuis extat eius notitia.

**) Lipsiae 1796. 8. Xenophons Buch über die Pferde-Wissenschaft.

***) edito Francofurti ad Moenum 1793. 8.

phonteam contulit, diligenter indici nostro inserenda existimaui. Caeteras librorum Xenophontis versiones, praeter eas, quas Camerarius, Stephanus, Leunclauius et Hutchinsonus confecerunt, vel nullius vel exigui vsus esse expertus sum, quo referenda v. c. videbatur Teutonica Oeconomici versio, quam *Frid. Guil. Ionath. Dillenius* edidit *). Inprimis autem, vt hoc veluti ὡς ἐν παρόδῳ addam, optandum esse intellexi, vt quis libelli de republica Atheniensium et Cynegetici **) nouam et diligentem daret vel versionem vel potius recensionem et explicationem.

Ne vero nullum huic indici e Codicibus manu scriptis ornamentum, ipsique Xenophonti praesidium accederet, non solum e Gailii notis in *Oeuvres de Xenophon* diligenter excerpsi codicum, quos ipsum adhibuisse dixi, varietates, sed etiam accurate contuli Codicem membranaceum, quem seruat Bibliotheca Amplissimi Senatus Lipsiensis, et qui complectitur Hipparchicum, Hieronem, libellum de re equestri, de Lacedaemoniorum republica, et Oeconomicum, neque tantum praecipuas eius lectiones indici statim suo quamque loco intuli,

*) Xenophon von der Oeconomie oder dem Hauswesen, Tubing. 1778. 8.

**) quamuis Fischerum in prolusione XXX. de vitiis lexicorum Noui Testamenti p. 21. dubitare, an Xenophon huius libri auctor fuerit, non nescirem.

intuli, ſed etiam omnes ad calcem huius praefatio-nis enumeraui. Abſoluitur ille foliis 96. in 4. mai. Scriptus eſt pereleganter, habet accentuum, ſpiri-tuum et interpunctionum notas, neque nimis ſcri-bendi compendiis abundat. Nomina propria ne-que literis maioribus ſcripta exhibet, neque lineo-lis ſupra poſitis a reliquis vocabulis diſtincta. Scri-ptus videtur ſaeculo duodecimo vel decimo tertio, ſi quidem ſpeciminibus ſcripturae, quae Montfau-con in palaeographia Graeca dedit, fidendum eſt. Ab initio libelli de re equeſtri et in fine opuſculi de Lacedaemoniorum republica librarius adiecit ver-ba Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ. E qua formula colligere quis poſſit, codicem ſcriptum eſſe in Sicilia. Certe haec eadem formula legitur in duobus numis Sicu-lis, quorum altera pars Cufica eſt, apud *Parutam*, cuius opus inſcriptum eſſe conſtat *la Sicilia de-ſcritta con medaglie* *), in tabula, cui ſupra im-poſita ſunt verba: *di Saraceni.* Neque tamen vllo modo res poteſt inde definiri, cum etiam in aliis monumentis antiquis illa formula reperiatur, vt in Diptycho quodam peruetuſto, quod eſt Lu-neburgi. Caeterum, ne quid diſſimulem, vereor vt multum proficere poſſis e varietate lectionis, quam e Gailii notis exhibui. Vt enim taceam, co-dices,

*) riſtampata con aggiunta da Leonardo Agoſtini, ho-ra in miglior ordine dispoſta da Marco Maier, in Lio-ne 1697. fol.

dices, quibus ille vſus eſt, praeter primum ſiue A, qui fere conſentit cum Guelpherbytano, quem Zeunius adhibuit, ſicut codex ſecundus ſiue B cum editionibus, quae ante Stephanum prodierunt, omnes eſſe recentioris aetatis *), videtur Gailius nimis negligenter eos contuliſſe. Nam tertii ſiue C lectiones rariſſime commemorauit, quarti ſiue D nunquam, et ex Apologia Socratis nullam prorſus lectionis varietatem annotauit, ita vt denuo et diligentiſſime conferendi aliquando ſint illi codices, ſi quidem vtilitatem maiorem ex iis ad Xenophontem redundare volueris.

Poſtremo vt omnia quam accuratiſſime typis deſcriberentur, operam omnem dediſſe me contendo, quanquam non is ſum, qui affirmare audeam, me omnia operarum vitia animaduertiſſe atque adeo correxiſſe **). In hoc igitur vt humanitati

*) Ipſo enim Gailio in praefatione p. X. indice, Codex A. quidem eſt de Michel Apoſtolius (quae verba ſignificare poſſunt, vel ab Apoſtolio ſcriptum eſſe codicem, vel in numero librorum quos Apoſtolius poſſidebat, fuiſſe), B paroît être du ſeizième ſiècle, C encore plus récent, D du quinzième ſiècle.

**) Quod in v. *αἰτεῖσθαι* poſt verba „Schol. Ariſtoph." omiſſum eſt nomen „Plut." id meum, non operarum, vitium eſt, ſero quidem obſeruatum. In v. *γίγνεσθαι* ab initio omiſſa ſunt haec: „O. 1, 13. *παραπλῆγες γίνονται.* Cod. Lipſ. *π. γίγνονται.* Sed „Zeun.

tati des aliquid, non minus te, lector, rogo, quam vt omnino aequo animo noſcas et beneuole iudices, quae et Thiemius et ego magno ſane et diuturno et taedioſo labore collegimus atque in ordinem redegimus, recordatus ſemper illius: ῥᾴδιον μωμεῖσθαι ἢ μιμεῖσθαι. Ita vale, noſtrisque conatibus feliciter vtere. Scripſi Gerae, menſe Nouembri A. C. CIↃIↃCCLXXXXVIII.

„Zeun. ſine libris ſic edidit." In v. Γωβρύας minus bene poſitum vidi „verſus Babylonem" pro „Babylonem verſus." In varietate lectionis e Codice Lipſienſi excerpta male oblitus ſum annotare, Hieronem ſimpliciter, neque vlla Xenophontis mentione facta, inſcribi ſic: Ἱέρων ἢ τυραννικός. quae ipſa verba repetuntur in fine libelli. In libello de re equeſtri 7, 8. ſcriptum extat ἠρεμεῖν, 8, 5. ἀνανεῦσαι.

VARIE-

VARIETAS LECTIONIS

E

CODICE LIPSIENSI

COLLATO CVM

THIEMII EDITIONE

---

*H*IPPARCHICI infcripcio in Codice illo haec eft:

Ξενοφῶντος ῥήτορος ἱππαρχικός.

1, 2. habet δ' ἵλεων
videtur καὶ exhibere pro ἀεὶ

1, 3. οὔτε αἱρεῖν

1, 4. ἐκποδὼν
ποιοῦσι
χρήσιμοί εἰσι

1, 6. ἄει
ἐξακοντιεῦσι
δυνήσωνται, diferte, vt Thiem.

1, 7. ἐκ τούτων
ἄνευ γὰρ τούτων
εἰκὸς εἶ

1, 8. καταπραΰνουσι
τοὺς ante τ. βουλ. deeft

1, 10. ἄν τις διὰ κέρδος
ἀποστρέφῃ, vt Thiem.
εἰς τοὺς δυνατ.

1, 11. οὓς ἂν μοι
τοὺς ante νέους deeft
ὑπ' ἄλλου διὰ

1, 12. ἦν δ' ἐπὶ
ἱππωνιῶν
ἐπιμελήσῃ, vt Thiem.

1, 13. ὄντας ἵππους
καὶ ante ὡς deeft
ἵππον ante ἀκολουθεῖν deeft
ἐπιτεῖναι ἄν· τρέφειν

1, 14. δ' ἵππους
παρορμήσειε

1, 16. ὁ ἵππος παύσεται
ὁ γὰρ πειραθεὶς

1, 17. ἱππῇς. Sed a manu fecunda ἱππεῖς.

b ὑπ'

ὑπ' ἀλλήλων προσειθίσας
1, 19. ζητεῖν δὴ
intet ἀγωνίζεσθαι et περὶ
est lacuna
1, 23. δυσπίστους
1, 25. εἰ deest
Simpliciter extat εἰσηγ
Sed in margine (ῆ Fortasse corrector voluit εἰσηγῇ
δὲ ante εὖ μάλα deest
1, 26. τοῦτο πάντας
2, 1. κάλλιστα δὲ ἱππάσονται, vt Thiem.
2, 2. δεκάρχους
2, 3. τοῦτο μέσως χρὴ
2, 4. δέκαρχοι
2, 6. δεκάδαρχοι, vt Thiem.
2, 7. ἐλαττίον. Cf. ad 3, 6.
δεκαδάρχους, vt Thiem.
ἢ ὥσπερ, omisso εἰ
2, 8. ἐπιφαίνηται
2, 9. ἐκὼν τάττει, omisso αὐτὸν
μὲν δή, vt Thiem. Sed δὴ recentiore manu adscriptum est
3, 1. videtur μέλλειν scriptum esse
ἢ δυνατὸν
τά τε ἐν
Φαληροῖ
3, 2. εἰ θεοὶ προσεπιχαρίζονται ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς
3, 3. ἐπαλλάττοιτο
τοῖν νώτοιν
εἰ μέλλει
3, 5. εἰσιν οἱ ἱππεῖς, οἶδα
3, 6. ἐλαύνειν. Et sic semper.
3, 7. δ' ὑπερβάλωσι
3, 9. ἦν δ' ὁ ἡγούμενος. Sed δ' ὁ est a manu recentiore.
ἀεὶ ἐλᾷ, omisso ταχὺ
3, 11. διελάσαντες
3, 12. αὐτὸ δεύτερον
3, 13. τῶν φυλάρχων
4, 1. μετρίων ἐννοῶν
4, 3. ἐπιτυγχάνοις
post τὰς φυλὰς nullum lacunae vestigium apparet
τοῦθ' ἥδιον
διαπεράναντας ὁδοὺς
4, 4. διὰ δυσχωρίαν
ἐντυγχάνωσι
4, 5. ἐπὶ κινδύνων
ἐλαύνηταί που
προηγεῖσθαι πολεμίων
δὲ post χρήσιμον deest
4, 5. ἐπὶ τὸ φυλάξασθαι
ἀναμένειν δὲ
4, 6. ἐπιμελῆσθαι
γε δὴ
4, 8. πιστεύοντας
4, 9. ἢ εἰ ἀπὸ προγραφῆς καὶ τὸ πρὸς τῷ διὰ πεμπαδάρχας
4, 10. προσφυλάττειν
ἐνέδραι deest
4, 12. μὲν τῶν πολεμίων
4, 13. ἀνδρεία, vt Thiem.
4, 14. ἀκινδυνότερον
περὶ κρείττους, omisso τοὺς
4, 15. τοὺς φίλους
4, 17. τὸ δ' ἁρπασθῆναι
θηρῶν
4, 19. ἀποχωρῇ
5, 3. ἐπίθωνται.

καὶ γράψαι ὡς ἂν

5, 4. σφάλλεσθαι

ἵππου

5, 5. βούλει

5, 7. δηλονότι, vt Thiem.

5, 10. ὅταν παίζωσι, ποσὶ δὲ ἃ δύνανται ἀπαντᾷν

5, 11. εὕρῃ

5, 12. πεζῇ τε

5, 13. πεζοὺς ἔχων

5, 15. ἔστι δ' ὅτε, vt 7, 12. Hier. 1, 5.

δ' ἅπαξ

6, 1. οὗτοι παρεσκ.

αὐτῶν ἡγήσ.

6, 2. φιλοφρόνως τε ἔχῃ

6, 4. ἧκιστ' ἂν

6, 5. προκόπτει τι εἰς τὸ καταφρ.

7, 1. τὸν Ἀθηναίων

ἱππεῖς τε

7, 2. δ' οἱ πολέμιοι

7, 3. ἱππεῖς

ὁπλῖταί τε οὐ μείους

7, 4. ἀρκεῖ

ἐκ τοῦ τείχους

7, 5. μὴ δὲ ὅλῃ

δηλο — νότι

πάσχοιεν ἂν

7, 6. ἀναχωρεῖν εἰς τὸ ἀσφ.

ἀκαιρότερον

7, 8. ἔχει. Sed diphthongo impositum est .', h. e. οι, quod sic scribere solet librarius.

τιμὴ, καταφ.

7, 9. οἱ δ' ὑπολειπ.

7, 10. προνοοῦντα ἣν ποιήσαντα

7, 12. ἔστι δ' ὅτε

7, 13. δὴ παύεσθαι

7, 14. μεμελετηκότως

οὔτε καλὴ

αἱ ante φυλακαὶ deest

7, 15. ἔσωνται

8, 2. εἰ ante πρῶτον deest

στρατικοὺς πόνους

8, 3. δεδιγμένοι

πηδᾷν

καὶ τὰ κατάντη

τοσούτῳ

ὅσων περ

8, 4. εὐωχούμενοι

8, 5. εἰ δέ τι νομίζει

8, 7. τό γ' ἂν

8, 8. αὐτοῖς καρπουμ.

τῆς ante τροφῆς deest

8, 10. ὧν ἂν οἴωνται

8, 11. μὴ ante φείδεσθαι deest

8, 14. οἱ δὲ ἀγαθοὶ

ἱππεῖς

8, 16. μὴν καὶ τόδε

8, 21. τὸ δ' εὑρεῖν

ἀγαθὸν ἱππάρχου

8, 23. ἐκ τῶν τοιούτων

8, 25. πέντε τῶν καλλίστων

προσέχοιεν

9, 1. ἀναγινώσκειν

ἀεὶ αὐτῷ δεῖ

οὐδὲν bis scriptum est

9, 2. οὔτ' ἐν ναυκληρίᾳ, οὔτ'

9, 3. εἰς διακοσίους

9, 4. μεγάλην προθυμίαν

9, 5. ἀπεχομένων μὴ ἱππεύειν

καθίστησι τὸ ἱππικὸν

ἱππεύειν γε παραπλησίων, ἀδυν.

9, 7. συνελθόντων

9, 9. οὕτω συμβουλεῦσαι. τις

H I E R O.

1, 2. ὁ ante ἰδιωτικὸς deest
1, 3. ὑπέμνησάς με
οὕτως γὰρ
1, 4. τὰ δ' ἀφροδίσια
1, 5. ἔστι δ' ὅτε
1, 6. τῷ δ' ὕπνῳ
μᾶλλον πῶς
1, 7. ἐπεκρίνετο
1, 8. μείω πολὺ εὐφραίνονται
1, 9. πῶς δὲ πάντας
1, 10. δοκεῖ καὶ σὲ μεμνῆσθαι
1, 11. ὡς βούλονται, θεαμ.
ἔνθα τὰ ἀξιοθεώτατα
ἀνθρώποις συναγείρεσθαι
1, 12. κρείσσον τῶν παρόντων
τε ante στερηθῶσι deest
1, 13. ὥστε καὶ οἱ ἐπιδεικν.
1, 14. ἐὰν bis, vt Thiem.
1, 16. ὁρᾷς ἐκεῖνό γε·
1, 18. παρεσκευασμένα
1, 19. παράθηται
τῆς ἡδονῆς μειονεκτεῖς παρατιθέμενος
1, 21. εὐμενοῦν
1, 22. στριφνὰ
1, 23. ἢ post εἶναι deest
τρυφῆς
1, 24. ἀχαρίτων diserte, vt Thiem.
1, 25. πιμπλάμενος
1, 27. ἐν ᾧ δὲ
παρέχει τινὰ
δεύτερον δ' ὁ
1, 28. ἂν μὲν ξένοι
εὐφραινουσῶν γυναικῶν
αἱ δ' ὑπὸ δούλων
ἁλίσκωσι

1, 30. οὐδὲ γὰρ τῶν ἑτοίμων
ὥσπερ οὖν εἴ τις
τοῦ ποιεῖν ἀπολαύοι
1, 31. Δαϊλόχου ἐπὶ καλοῦ λεγομένου
1, 35. ἐπαφροδιτότατοι
καὶ αἱ ἔριδες
1, 36. οὐ ἐὰν ἐρᾷ τις
1, 37. τεκμήριόν ἐστι, ὅταν
οὐδὲ μιᾶς
ὑπηρετεῖ
1, 38. αὐτοὺς διὰ φόβον
ἐξεικάζουσιν αὐτοὺς
2, 1. πρὸς ταῦτα δὲ εἶπεν
2, 2. ἱκανώτατοι δ' ἐστὲ
2, 10. τόχμαιν ante ὄντες deest
νομίζουσι καθιστάναι
2, 11. γίνεται πολέμου
θαρσήσεια
2, 12. χαλεπὰ σὺν ταῖς πόλεσι
2, 14. ἴσοι οἱ πολέμιοι
2, 16. ὅπου οὐδὲ ἐπιψεύδονται
τὸ πολὺ νικᾶν
2, 17. αὔξει, vt Thiem.
3, 1. φιλίας καταθέασαι, ὧς κοινωνοῦσι
3, 2. ἑαυτοῦ ἀγαθοῖς
3, 3. καὶ ante ἥδιστον deest
νηποινὶ
δηλότι διὰ ταῦτα
3, 4. αὐταῖς ἀκήρατος
3, 8. ἀπεκτονηκότας
πολλῶν δ' ὑπὸ παίδων αὐτοὺς ἀπολωλότας
γεγημένους
ὑπὸ ἑτέρων γε
4, 1. ποία δ' ἀνδρί, omisso ἂν

4, 2. verba οὔτε ποτοῖς desunt
ἀπογεύσασθαι
ἀπιστεῖν. κἂν ἐν τούτοις
4, 4. μὴ δὲ τὸν συνόντα
4, 5. ἀνέστραπται
ἀποκτείναντα τὸν τύραννον
4, 6. τοῦτ' αὐτοὺς εὗρε.
ἥγηται αὐτῷ
4, 7. τι post θᾶττον deest
ἐπικινδυνότερα
4, 9. τυράννῳ τὰ παραπλήσια
4, 10. οἰκτείρει
δικαίως καλεῖ
5, 4. ξένους δεινοτέρους
5, 5. συγχωρεῖ ὁ τύραννος
6, 2. τι post φίλοις deest
6, 3. αὐτοῖς, τοῦ ἡδέως
6, 4. ἐνέπλεως ἔχειν ἐθέλειν
περὶ αὐτὸν
6, 5. ξένοις μὲν μᾶλλον, ἢ
ὑπὸ φόβον τε
6, 6. ὅ γέ τι
6, 7. πολεμίας
6, 8. τοιαῦτα ἐστὶ
6, 12. τοὺς δὲ ἐχθροὺς
6, 13. παρὰ τυράννου
ἑαυτοῦ νομίζει
6, 14. οἷόν τε ᾖ. τίνων γὰρ
τι ante δέῃ deest
6, 16. πανήσει
7, 1. ὑπομένουσιν
7, 2. καὶ ἡμεῖς
τυγχάνουσι
7, 3. ἐμφυῇ
7, 4. φέρετε ταῦτα, ἐν τῇ τυραννίδι
7, 6. οὕτω γὰρ αἱ μὴ
παρὰ τῶν φοβουμένων
7, 9. οἱ ante ἄνθρωποι deest
7, 11. οὕτως πονηρόν ἐστι
οὐδεὶς ante πώποτε deest
ὥσπερ ἂν ἅπαξ
7, 12. ἐν ταύτῃ, ἀθλιώτατον
8, 1. ἐμποδὼν σοι
8, 3. ἔπαινον deest
8, 4. παρὰ ἰδιώτου, omisso τοῦ
8, 5. διαλεγόμενοι, ὅ τε ἀγαλλόμεθα
μᾶλλον ante ὅταν deest
8, 6. ἂν ante αἶσχος deest
τυγχάνῃ
8, 9. θάλατταν
8, 10 τυράννοις ἰσότιμος
9, 1. πάλιν ὁ Σιμωνίδης εἶπεν
9, 2. ἡ ἐπιμέλεια
9, 3. τὰ ἄθλα. Et sic semper sine circumflexo.
δι' αὐτοῦ
9, 5. τὰ κωλυτικὰ οὕτως
9, 6. ἐν τοῖς συμβολαίοις
9, 7. καὶ μὰ Δί' αἱρῶν τό γε θᾶττον
ἤ τις ἄθλα
9, 9. οὐδ' αὕτη
9, 10. σκοπεῖν
ἐπιμελεῖσθαι
10, 2. ἔκπλεα videtur scriptum esse
10, 5. τῶν ἰδιωτῶν ἐπιμελεῖσθαι
ἐπίκουροι. Sed αι supra scriptum est a manu secunda
10, 6. προαισθέσθαι
ἐν στρατιᾷ
10, 7. δ' ante ἐγχειρήσοντας deest
11, 1. δ' ἕκαστον
11, 2. πρῶτον vel πρώτερον videtur esse pro πότερον

11, 4. ἂν δοκεῖς
πάντων πολιτῶν, omiſſo τῶν
11, 5. ἂν δοκεῖς μᾶλλον κοσμεῖν ἐκ τῆς σῆς πόλεως
11, 7. παρέχῃς
11, 9. οὐχ ὑπὸ ἰδιωτῶν
11, 10. θεωρήσαν τὶ, et ſupra literam ε poſita eſt litera α
11, 12. οὐ μόνον συμμάχους, ἀλλὰ
11, 14. videtur δὴ eſſe poſt νόμιζε
11, 15. δύνανται
φθονηθήσῃ, vt Thiem.

DE RE EQVESTRI.

Titulus: Ξενοφῶντος ῥήτορος περὶ ἱππ.
Prooem. κατὰ ταῦτα ἡμῖν
1, 1. πώλου, δηλονότι, τὸ σ.
1, 3. πρὸς τὸ δαπέδῳ
1, 4. παρακίμπρεται τὰ τοιαῦτα σκέλη μᾶλλον. Sed ſupra τὰ ſcriptum eſt β, et α ſupra μᾶλλον, quibus literis ſignificatur, transponenda eſſe vocabula, vt ſunt in editis.
1, 5. καὶ κρείσσους γίγνεσθαι. Sed in margine κρεισσοὺς
στερρόνῃ. Sed ſupra ſcriptum eſt ο
1, 8. δύναιτο, ὁ τοιοῦτον
ἐγκάπτοντες
1, 9. ἐξόφθαλμον εἶναι. ἐγρήγορος
1, 10. εὐρύνει
1, 12. εὐχειλότερον
ὀσφῦς γε μὴν
τὰ πρόσθεν αἴρεται omiſſo accentu
ὥσπερ μέγας ὢν
1, 16. καὶ poſt βούλομαι deeſt
1, 17. εὔπαιδος δὴ καὶ, ſed ſupra αι in εὔπ. ſcriptum eſt ο
2, 1. καὶ τῶν πολιτικῶν μᾶλλον, καὶ τῶν πολεμικῶν. Sed alteri καὶ impoſitum eſt α, et aduerbio μᾶλλον litera β. v. ad 1, 4.
2, 3. ἐπιστῆται
μετὰ ἠρεμίας
2, 5. τούτων δὲ ὅσα ἂν
3, 1. αὐτόν τις ἡλικία
3, 2. δ' ἥκιστ' ἂν
δ' ἐξαίροιτο
3, 3. προσιέμενοι
3, 4. παρεστηκότας ἱππεύων
ἀμφοδέους
3, 8. εἰ δ' ἄλλως
3, 9. φύσει φυλακτέον
3, 10. γίνεται
3, 11. δὴ νεύματα
3, 12. τῷ ἀναβάτῃ
4, 1. οἷόν τε εἶναι
4, 2. ἔστι δ' ὥσπερ
4, 3. videtur ſcriptum eſſe ἰσχύνης pro ἰσχύν
τὰ δὲ, ὡς μὲν μὴ ὑγρὰ εἶναι, ἄπορ.

ἄπερ.
ἀφεστηκότων
4, 4. ἂν ante αὖ deest
κατευρύνοι, εἰ λίθων
ὅσων μναιαίους
καταβάλλοι
4, 5. οὕτω καὶ περὶ
ἀπαλύνει
5, 3. ἐπὶ καλίστραν
5, 7. ἐπὶ πλεῖστον
ἐξικνούμεναι, vt videtur
5, 8. προκόμιοί τε
5, 10. διαπονήσηταί τε
6, 1. τῷ δ' ἵππῳ ὠφελιμ.
ψήχει. Sed supra scriptum est ει
6, 2. ὡς ὅ αὔτως
6, 3. ποιήσαντα προσιέναι, vt Thiem.
δύναιτ' ἂν χρῆσθαι
6, 4. οὕτως μάλιστα
6, 5. τῷ δ' αὖ·
6, 6. τῷ ἀναβάτῃ deest
θελήσειεν. Sed in margine δεήσειεν
6, 8. μηδ' οὕτω
6, 9. verba ὥστε μὴ ἀναίσθητον εἶναι posita sunt post ὁ μὲν γαρ — τυλοῖ
· τὸ στόμα
· ὁ δὲ ἄγαν
6, 10. παρωξύνθαι, vt Thiem.
6, 13. μεταμέλειν
7, 1. παραδέξηταί τὸν ἱππέα ὡς
ἀναβησόμενον
ψαλλίου
ἀνιῶν τῶν τριχῶν
μὴ δὲ καθ' ἕνα
7, 2. ῥᾶχιν
καθέτω ἐπὶ τὸν ἵππον

7, 4. τούτου δ' ἕνεκα
7, 5. ἐφιππείου
7, 7. ποιεῖν ἔτι
ἐφάλλοιτο
7, 8. δόρυ λαβεῖν, ἕως ἂν
7, 9. μὴ δὲ — μὴ δὲ
7, 10. κουφαγωγότερος
7, 11. ἐπεὶ δέ περ
ἐπὶ τῷ ῥαβδοφορεῖν
7, 12. ἂν ante ἄρχοιτο deest
7, 17. εἰς τὸ εὐθὺς
αἱ τοῦ διώκειν
7, 18. μὴ πρὸς ἵππους
ἐκ τοῦ ταχέως
8, 1. ἔστι δ' ὅπου διαπηδᾷν,
ἔστι δ' ὅπου
8, 2. εἰ δέ τι (ε est a manu secunda)
8, 3. τὸ μὲν γὰρ
καταβεβλημένον
8, 4. ἐθέλει. Sed η supra scriptum est.
τὸ καιροῦ
8, 5. ἐπὶ ante μικρᾶς deest
διδάσκειν, παιδεύειν
ἢ ἀνιέναι πῇ τὰ ὄπισθεν
8, 6. εἰς ante τὰ κατάντη deest
8, 8. κακὸν χαίτης
βαρύνεται
ἑαυτὸν ὑπτιώτερον
8, 9. ὀρθῶς δὲ ἔχει
μακρᾶς
τῷ ἵππῳ καὶ ταῦτα
8, 10. ἐλαύνοντα ἀνακρότως. Sed huic vocabulo superscriptum est α, illi β. vid. ad 1, 4.
ὁ μὲν φεύγει
ὁ δὲ διώκει

8, 11.

8, 11. ἐλκύσαντες ἐφ' ἑαυτὸν

8, 12. τοὺς ἀντίους

ἐμπρεπόντοις

8, 13. βούληται, ἀντιχαρ.

κολάζοις

8, 14. ἀποβαίνει

9, 1. καὶ ἵππον καὶ πῶλον

διαφθεῖραι

εἴ ποτε συμβαίη

9, 2. ἥκιστα ἂν

χαλεπὸν οὐδὲν, sed literis ου superscriptae sunt literae μη

9, 3. οὕτω καὶ ἵππον ἀναβάσει

ἥκιστα ἀναβαίνων

ἠρεμήσαντα

λανθάνοι αὐτὸν

9, 5. ὁρμώμενον καὶ τοῦ ῥοῦ

9, 7. γιγνωμένου

9, 8. τοῦτον εἰς τὸ τάχιστα

δεῖ παραβάλλειν

9, 9. χαλαρότητι λειώδη αὐτὸν

ἐθίζειν αὐτὸν

καὶ τὸ ἠρεμεῖν

9, 10. ποππυσμῷ

9, 11. φαίνεσθαι deest

10, 2. τά τε γὰρ σχήματα

10, 4. αὖθις θέλῃ

10, 6. τοὺς δὲ χιτίνους, ὀξεῖς

διὰ τοῦτο ἀφίῃ

τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ τραχ. λείῳ ποίει

10, 7. θαμεινὰ ἀπερείδηται

ὑπ' αὐτῶν ἀφίῃ

10, 9. ἡ ἄλυσις

ἔχοι τις

διώκων, ὀδεῦσιν ἀμελῇ, τοῦ

10, 10. ὥσπερ ῥᾳδίως

εὐρύστομα. Cf. 1, 10.

ὑγρότερά ἐστιν

10, 11. τὰ δέ γε ταῦτα πάντα ποιῇτ.

10, 14. τὸν καιρόν. οὐδὲ τὸ πάντων

10, 15. μὲν post εἰθισμένος deest

δήπου ἡμῖν ἦν

post πεισθεὶς nullum extat lacunae vestigium

10, 16. ἐνταῦθα ὑφ' ἡδονῆς

11, 2. τὴν ὀσφῦν

11, 3. αὐτοῦ ἀνακρ. Sed correctum est αὐτῷ

ὀκλάζειν

αἴρειν

11, 5. διδασκαλιῶν

κατὰ γνώμης

11, 6. μαστιγῶν καὶ κεντρίζων

11, 7. καλῶς μετεωρίζαι, vltimae veró syllabae litera η superscripta

11, 9. θαυμαστὸν, ἢ ἀγαθὸν

11, 10. φανῇται

11, 11. δῆλον ὅτι

ἕποιντο ἂν

12, 1. πεποιεῖσθαι

φέρειν τὸ σῶμα

12, 4. τὸ δὲ περὶ τὸ ἦτρον

ἄγειν τὰ βέλη

12, 5. τῶν ἡνίων

12, 6. οὖν ante θώρακος deest

γιγγλύμοις

προσθεταί. ὅταν μὲν διήρηται

καθαίρηται

12, 7. ἀφυλακτέον ἔσται

12, 8. γίγνεται

ταῦτα γὰρ καὶ τῷ ἀμβάτῃ

12, 9. ἄλλα τοῦ ἵππου
12, 10. κριπίδες
12, 12. τὰ κρανίκα εὖ, ψαλτὰ μᾶλλον
καὶ γὰρ ἐξαφαίνει
εἰς τοὔμπροσθεν
12, 14. ἐξανιστάμενος δὲ

DE LACEDAEMONIORVM REPVBLICA

In titulo: Ξενοφῶντος ῥήτορος
1, 2. θέντα αὐτοὺς
ηὐδαιμόνησαν
1, 3. ἵνα ἐξαρχῆς
πάμπαν ἀπεχομένας
χρωμένας
1, 7. πρεσβυτάτῳ ἐποίησε
1, 8. νόμον ἐποίησε, ἥν τινα
1, 10. ἀπετέλεσεν
2, 1. εὐθὺ μὲν
ἐφιστᾶσιν
ἀπαλύνουσι
2, 2. ἰδίᾳ ἕκαστος
ἐφιστάναι
αἰδώ, sed paulo post πειθώ
2, 3. ἀπαλύνειν
ἔρθια δὲ βαίνειν
καὶ ἀνθορεῖν
ὑποδεδημένον, vt videtur
2, 8. δῆλον δ' ὅτι
δῆλον ὅτι μηχανικ.
2, 11. ἐπιττάττειν
2, 13. ὥσπερ ἠλεῖοι
2, 15. ἐποίησε ἂν Λακεδαίμονι μηθὲν
3, 2. καὶ ante ἀπὸ deest
3, 3. γὰρ post καταμαθὼν deest
3, 4. ἐν τῷ bis positum est
3, 5. ἐμφανιῶσαι βουλόμενος
3, 6. γοῦν
4, 2. ἀξιακροατοτάτους
ἀξιοθεατοτάτους
συμβάλοι
4, 3. τούτων δ' ἕκαστος
4, 4. τοῖς μὴ ἀποστείλασιν
4, 5. ἔσονται
παντὶ σθένει ἄν. ἀνάγκη
4, 6. καθιστάναι
4, 8. κωλύει. Sed supra ει positum est ∴, h. e. οι. vid. ad Hipparch. 7, 8.
5, 1. οἷαν
5, 3. καὶ σῖτόν τε
ἀργευομένων
ὅτι καὶ ἀργόν
5, 4. τοῦ ποτοῦ
γε μὴν συσκηνούντων
διαφθείρει. καὶ γὰρ
5, 6. ὥστε ἐκεῖ, ἥκιστα
5, 7. ἢ ἔξω εἴτηεις
ἔνθαπερ
5, 8. ἐνοῦν
αὐτός τι τῇ ἑαυτ.
ἀρκοῦντας τὸ σῶμα
6, 3. εἴ τι δεηθείη
χρησάμενος, καλῶς ἀπο-
πεθ.

6, 4. ὅσαν ἂν δέωνται
οὕτω μεταδόντες
7, 2. ὅσα δὲ ἐλευθερίαν
ἔργα αὐτῶν
7, 3. ἴσα μὲν
οὐδ' ἱματίων
8, 4. εἴρξαί γε
8, 5. ἐπεὶ δ' ἀνεῖλε
9, 1. Λυκούργου, καί τό γε
εὗροι sine accentu
9, 4. ἐν παλαίσματι
9, 5. πολλάκις δ' ὁ
ταύταις τῆς ἀνδρείας
10, 1. καὶ εἰ μέχρι
inter τῷ et τέρματι est lineola, — quasi aliquid desit
10, 4. ὅτι ὅπως οἱ βουλόμενοι
σὺν οἱ ἰδιῶται
10, 7. ὁμοίως ἅπασαν. Sed vltimo α superscriptum est ι.
11, 2. ἀπαρουσι
δεηθείη ἂν πάντων
11, 3. χαλκῆν
11, 4. τῶν πολεμικῶν ἔχει μορῶν. Litera ε in nomine πολ. supra scriptum habet ι, syllaba λε interlita est, et syllabae μι superscripta syllaba τι
11, 6. ὧν δ' οὐδ'
11, 7. τοῦ Λυκούργου
11, 10. ἦν δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν
ἀντιπάλους τοὺς λόχους
12, 2. φυλακὰς γε μὴν
παρὰ τὰ ὅπλα
12, 3. αὐτῶν τις, συμπαρόντος
12, 4. εἴργουσιν
ἕνεκα ποιοῦσι
12, 5. ὅσα περ ἂν
δεῖ δὲ οὔτε περίπατον, οὔτε μηδεὶς τῶν αὐτοῦ
13, 2. ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ. Sed δὲ positum est paulo supra lineam inter βασ. et ἐκεῖ.
13, 5. ἐφόδων δύο
ὁ βασιλεὺς προκαλέσας
13, 6. ὁ post ἡγῆται deest
13, 7. τῶν περὶ δαμοσίαν
inter τοῦ στρατοῦ et ἄρχοντες nulla apparet lacuna
ἀπροσκοπτέον. Omisso ἐστι
13, 8. Καλλὰ δὲ καὶ τάδε ὠφέλιμα
13, 9. κεκριμμένῳ
ἀμφ' ἑκάστου
καλῶς γίγνεται
13, 10. τούτου μὲν Λυκοῦργος βασιλεύς. καὶ
14, 1. ἔροιτο εἰ καὶ νῦν ἕτοιμοι
14, 2. τὰ μέτρια ἑκόντας
14, 4. νῦν δὲ ἐπίσταμαι
15, 1. ἐξαρχῆς
15, 3. ὧν περιοίκων
15, 5. δύο ἑκατέρῳ προαλέσθαι
ἀπαρῆσαι
15, 6. ἀφθονίαν deest
τῶν ante ἐφορικῶν deest
15, 8. Inde a verbis ποιήσαι τῆς δυνάμεως vsque ad finem libri ita scripsit ac dispofuit librarius verba, vt formam crucis

cis efficiant, cuius in angulis inscripta sunt verba Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ, sic:

ĪC	X̄C
NI	KA

OECONOMICVS.

In titulo: Ξενοφῶντος ῥήτορος

1, 1. δέ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ
ἡ ante χαλκευτικὴ deest

1, 2. δυνάμεθ' ἂν

1, 3. τίς αὐτῷ
ὁ ante οἰκονομικὸς deest

1, 4. ἄρα
φέρειν τ' ἂν

1, 5. οἶκος δὲ τί δοκεῖ. Sed inter δὲ et τί supra scriptum est δὴ.
ἢ καὶ ὅσα τίς
ὅσα τίς κέκτηται

1, 6. φήσομεν αὐτῶν εἶναι
πρὸς ἔτι καὶ

1, 7. τούτῳ κτῆμα ἐγὼ καλῶ
σὺ δ' ἔοικας. Sed δ' superscriptum est
νομίζω μᾶλλον, ἢ χρήματα

1, 8. μὴ ἐπίσταται αὐτῷ
χρήματα γ' ἐστὶν ἀγαθὸν
μέντοι χρῆμα ἐστίν. εἴπερ

1, 10. ἀποδιδοῖ τό γε

1, 12. ἐπιστῆται vtroque loco, it.
εἰ μή τις ἐπιστῆται χρῆσθαι αὐτ.

1, 13. οὕτως συνομολογεῖν
οἷον ἑτέρων. Sed alteri ε superscriptum est αι
ὑποκύψαιμεν
γίγνονται

1, 14. ὥστε μὴ δὲ χρήματα
ἢν τις ἐπιστῆται

1, 15. οἱ ἐχθροί γε ἄρα
ηὐξημένοι εἰσιν

1, 16. ἐκεῖνο δ' ὑμῖν. Sed υ est a manu emendatrice
οὔτε τὰ κτήματα

1, 17. ἐνίων γε δοκούντων εἶναι

1, 18. οὗτοι εἰσὶν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος

1, 20. γίνονται. ὅτι λῦπαι ἄρα ἦσαν, ἡδοναῖς περικεκαμμέναι

1, 21. ἔφη, ὦ Σώκρατες
πρὸς τῷ ἐργάζεσθαι
ἀμηχανίας

1, 22. ἐπειδ' ἂν δὲ

1, 23. πολέμιοι γ' οὖν ἤδη
εἶναι σωφρονήσαντας

2, 2. οὔκουν ἔγωγε, ἔφη
γε post μέντοι deest
ναὶ μὰ Δία

2, 3. bis πόσον pro πόσου
ἔφη ὦ Σώκρατες

2, 4. ἐμοὶ ante ἀρκοῦντα deest
οὐδ' ὡς ἂν

2, 5. ἢ ὅσους οὔτε

2, 6. ἢ εἰ τ' αὐτων, superscripto εἰ

2, 8. κατακλύσειαν ἂν

ὡς ante παρὰ σοῦ deest
2, 9. οἰκτρῶς γένωμαι
ὅτι ὀλίγῳ μὲν
μὴ δὲ ἑκατοστὸν
προστατεύειν με σοῦ
2, 11. οὐδὲ ἄλλο οὐδὲ ἓν
οὐδὲ πώποτ'
2, 12. ἐν τοῖς αὐτοῦ
2, 13. νυνὶ ἐθέλεις
εἰ ἐπιχειρήσαιμι ἐν τῷ σῷ
οἴκῳ μανθάνειν
2, 15. μουσικὴν μαθεῖν παρ' ἡμῶν
2, 16. ἄλλους ἐμοῦ δεινοτέρους
2, 18. συντεταγμένη
3, 1. ἔφην ἐγώ σε
ἣν σου ἀποδεικνύω
3, 2. ὅταν δέωνται
μὴ δὲ εἰδότας
πολλὰ δ' ἀνιῶντας
3, 3. χώρα γε ἐν ᾗ
ἄλλα ἔνθα
3, 4. τοῦτό σοι δείξω
3, 5. παραπλησίους
3, 6. εἰς τ' ἀναγκαῖα
ἔφη post αἴτιον deest
3, 9. θεῷ γὰρ αὐτοὺς ὑπὲρ
οὐ μωρὸς εἴη
3, 10. χρήσιμαι
ᾗ οἱ πλεῖστοι λυμαίνονται
3, 11. πότερα χρὴ
ἂν κακουργῇ
3, 12. ἀπαληθεῦσαι
3, 13. εἰ ante ἐξαμαρτάνοι deest
3, 14. ἢ αὐτοὶ ταύτας
3, 15. τοὺς ἀξίους λόγου
4, 1. πρέπει ἂν μάλιστα. Sed supra αι scriptum est .·, h. e. αι. vid. ad Hipparch. 7, 8.
αὐτὰς ἐπιδείκνυε
4, 2. βασανανεικαὶ
καὶ ἐπιῤῥήτοι τέ εἰσι
4, 3. μάλιστα ἔχουσαι
κακὸν καὶ φίλοις
ἐν ταῖς ἐν πολέμοις, vt Thiem.
4, 4. τῶν Περσῶν
4, 5. ἔφη ὁ Σ.
ἐθνῶν λαμβάνειν τέταχε
4, 6. τρέφειν
ᾧ τούτῳ προστέτακται
ὁπλίσθαι
τὴν αὐτοῦ οἴκησιν
4, 7. δοκίμους, ἵππους τε
οὓς δ' ἂν εὕρῃ
4, 8. ἐφορᾷ, αὐτὸς καὶ δοκιμάζει.
4, 9. εἰ δ' ἄρχουσι τῶν ὡπλισμένων
4, 13. ἐπιμελεῖσθαι τούτων
κἀγαθῶν μεστοί, οσα-φύειν θέλει
4, 14. ὡς κάλλιστοι
4, 17. Κῦρος μὲν τοίνυν
καὶ ἐπηγγέλλετο
πολεμικὸς εἶναι
4, 18. τὸν ante βασιλέα deest
4, 19. ἑκόντες πείθωνται
γε ante Ἀριαίου deest
Ἀριαῖος γὰρ ἔτυχεν
4, 21. ταῦτα post πάντα μὲν deest
4, 23. τῶν ψιλῶν
ἢ γὰρ σὺ
4, 24. ἄν γέ τι
5, 2. πρὸς ἔτι
ἴσοι κοσμοῦσι
5, 3. συνῄετο

5, 4. γυμνάζουσα
ἀνδρίζεσθαι πρωῒ
5, 5. συνεπαίρει τη (sic) γῆ
5, 9. εὐμάρεια ἐν χώρᾳ. τῷ
5, 12. ἡ γῆ θέουσα
5, 14. τοὺς πολέμους
5, 18. ὅτι δὲ τῆς γεωργικῆς, τὰ
5, 19. ἐξαρεσκευομένους
6, 1. σὺ δ' ἡμῖν ἔνθεν
οἰκονομίας, ἃ ἀπέλιπες
6, 4. οἶκος δ' ἡμῖν
ἑκάστῳ εἴη ὠφέλιμον
6, 7. οὕτως γὰρ
6, 11. ὦ Σώκρατες, ἔφη,
ἑκάτερα ἀκούειν
6, 12. πάνυ ἔφη ἂν ὁ Κριτ.
6, 16. ἀλλὰ ἐνίους
7, 1. σχολάζειν κάθισαι
τά γε πλεῖστον
7, 2. οὐκ ἔνδον γε διατρίβεις
7, 3. οὐδαμῶς ἔνδον διατρίβω
ἐστιν ἱκανὴ διοικεῖν
7, 4. πότερα σὺ αὐτὸς
7, 5. δὲ ἀκούσοιτο
7, 8. συνηύχετο
πολλὰ ὑπισχομένη
7, 10. καὶ ἔτι θασσύστο
ἔδωσαν
7, 11. βουλόμενος. Sed correctum videtur βουλευόμενος
οἴκοι τε καὶ
7, 12. ὅτι βέλτιστα παιδεύσομεν
γηροβοσκῶν
7, 13. πότερος ἄρα
7, 14. ἐμὸν δ' ἔφησεν ἡ μήτηρ ἔργον
7, 15. καὶ ante ἐμοὶ deest
οὕτως ποιεῖν
ὅτι πλεῖστα
7, 16. καὶ τί δὲ ἔφη ὁρᾷς ἡ γυνὴ
7, 17. καὶ τί δὴ ταῦτ' ἐστίν,
7, 18. διεσκεμμένος. Sed κ bis scriptum est, et inter vtrumque κ videtur esse σκ
αὐτῷ εἰς τὴν
7, 19. τὸ μὴ ἐκλιπεῖν
γηροβοσκοὺς
στεγῶν δεῖται δηλονότι
7, 20. ἔχειν post στεγνὸν deest
νεατός
7, 21. σώσαντος
δεόμενα ἐστὶ
7, 22. verba τὴν δὲ τοῦ ἀνδρὸς — ἐπιμελήματα desunt
7, 25. φυλάσσειν vtroque loco
7, 30. καὶ ὁ νόμος αὐτὰ
verba τοῦ οἴκου desunt
ἀποδείκνυσι. καὶ ὁ θεὸς ἔφη
κάλλιον ἔνδον μένειν
7, 33. ἐκείνη μὲν ἐν. Sed μὲν deleto superscriptum est τε
7, 34. τὸν γιγνόμενον τόκον
οὐκ τῶν ἑπομένων τινὶ ἡγ.
7, 35. ἔνδον ἔργον ἐργαστέον
7, 36. ἡ ante εἰς τὸν ἐνιαυτὸν deest
7, 38. ἐκείνῃ ἐκλείπῃ
ἀπολειπτέον εἶναι
7, 39. μᾶλλον τοίνυν
7, 40. μάτην ποιεῖν
7, 42. θεράποντα ποιήσῃ
οἴκου φυλακὴ ἀγαθὴ γίνῃ
7, 43. τὰ πρῶτα
8, 1. ἐκ τούτων αὐτὴν κεκινημένην
ἀχθεσθείην γε οἶδα αὐτὴν
inter

inter εἶχε et μοι interposita est lineola —

8, 2. ὅ σε αἰτῶν
τὸ ζητοῦντά τι μὴ δύνασθαι λαβεῖν
μὴ δὲ ζητεῖν
ὅτι ante οὐ τάξας deest
ὅποι λαμβάνειν

8, 3. ἡ ante τάξις deest

8, 4. ἄτακτος μένουσα
ἐὰν post πορευθείησαν deest
ἐπικώλυσιν

8, 6. κατὰ τάξεις ἐλαύνοντας

8, 7. οἱ ante ὄπισθεν deest

8, 8. προσνεύουσιν

8, 10. ἵνα post γύναι deest
ἐστὶ, ταχὺ ἐγχειρεῖ

8, 11. πλοῖον, τὸ φοινικοῦν

8, 13. καὶ ὅσα ἔφη ἐγὼ πάντα
οὕτω κείμενα
ἀνεσκευασμένα εἰσιν

8, 18. ἀγαθῶν τετάχθαι
συμφέρει. ὡς δὲ καλόν omisso εἴρηται.

8, 19. δὲ ante ἱμάτια deest, vt ante στρώματα
χύτρας, φησὶν, εὔρυθμον

8, 20. ἐκ ποδῶν

8, 23. περὶ μὲν γὰρ δὴ

9, 1. πῶς τι ἐπακούειν. ὧν δὲ ὑπεσχῆτο

9, 4. ἀπεδείκνυον
ἔχειν ante ψυχεινὰ deest

9, 7. ταμιουργικῶν

9, 8. τὰ ante εἰς ἐνιαυτὸν deest
διηνέγκομεν

9, 9. καθ' ἡμέραν

9, 10. ὅτι ἂν τῷ διδῷ

9, 17. ἃ ἂν βούληται. ἕκαστα

9, 19. ῥᾷον deest

10, 1. νὴ τὴν Ἥραν, ἔφη,
καὶ ἄλλα ἔφη τοίνυν. Sed supra τοίνυν positum est α, et β supra ἔφη. vid. de re equestri 1, 4.
τὰ ποῖα, ἔφη ἐγὼ

10, 2. ψιμυθίῳ
ἔτι δοκεῖ εἶναι
πολλῇ δ' ἐγχούσῃ

10, 3. πλείω ἐστί μοι τῶν ὄντων
κίβδηλον δηλοίην σε καὶ ὅρμους
ἐξιτήλας

10, 4. ἔγωγέ σε δυναίμην
σε post ἀσπάσασθαι deest

10, 5. ἀνδρεικέλῳ. ἐπιδείκνυμί τε

10, 6. ἥδιον ὁρῴην, ἢ τοὺς σοὺς, ἢ ὑγ.

10, 7. ψιμυθίου

10, 8. ἔξω πῶς
ἐξανιστάμεναι

10, 9. ἔτι post πώποτε deest

10, 10. ἦν δεῖ

10, 12. ὁπότ' ἂν ἀνταγωνίζηται

11, 1. ἐντεῦθεν δ' ἐγὼ
ἀμφοτέρῳ ὑμῶν

11, 2. ἃ ἐγὼ διατελῶ ποιῶν. Vltimo verbo superscriptum est α, penultimo β. v. ad 1r. 1, 4.
μεταρυθμήσῃς

11, 3. ἀνοητότερον

11, 5. οὐδὲ ὑγιαίνοντα

11, 8. ἐγὼ μὲν ἄρχομαι

11, 9. ὅπως πλουτεῖς
ἔχεις πράγματα
καὶ πάνυ γ' ἔφη

verba

verba κατ' ἐμὲ in margine scripta sunt

11, 10. ἄνευ τῶν ἄλλων δεῖσθαι
πολλοὶ δὲ ἀγαπῶσιν
οἱ δὲ δὴ δυνάμενοι

11, 11. θέμις εἶναί σοι
σώζεσθαι. τῆς δὲ

11, 12. τὰ ἱκανὰ ἔχει
ἡ ὑγεία
ἡ ῥώμη προσγίγνεται
ὀρθῶς δὲ ἐπιμελομένῳ

11, 13. ἐκπονοῦν ταφῆς. καὶ ἐπιμελόμενον

11, 14. δεόμενον ἰδεῖν

11, 18. τοῦ ante χώρου deest
ἀπεστλαγγισάμην

11, 19. τῷ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ
πρὸς τὴν ὑγείαν, καὶ τοῖς πρὸς

11, 22. μελετᾷν ἀπολογεῖσθαι

11, 23. verba ὅ τι ἂν ψεύδηται desunt

11, 24. τά τ' ἂν μὴ βουλώμεθα

12, 1. ἡ ante ἀγορὰ deest

12, 2. μὴ ἀποβάλῃ
ξένοις ἀναμένειν
ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος

12, 4. ἐπιμελούμενος

12, 5. δεήσειν αὐτὸν
εἰ μέλλει
ἐπιστήμης γίγνεται. Sed correctum est γίγνηται

12, 6. ὅντινα ἂν βούλει

Ἀστυρίνη, *Astyrine*. Est cognomen Dianae ab Astyra, Mysiae oppido prope Troiam, vbi culta fuit. v. Strabo 13, p. 613. qui tamen, vt Stephanus Byzantinus, gentile exhibet Ἀστυρηνὸς et Ἀστυρηνή, quam scripturam probat et in Xenophonte restituendam putat Grammius hist. deor. p. 23 quod ex Palmyra dicatur Παλμυρηνός, et in numis quoque reperiatur Ἀστυρηνέων. Cf. Gronov. ad Steph. Byz. E. 4, 1, 20. ἀφικόμενος ἐς Θήβης πεδίον, κατεστρατοπεδεύσατο περὶ τὸ τῆς Ἀστυρίνης Ἀρτέμιδος ἱερόν.

ἀστυφέλικτος, *inconcussus, non mutatus*. Est poeticum vocabulum. Hesych: ἀστυφέλικτον· ἀσειστον. Suid: ἀστυφέλικτον· ἀτίνακτον. Λ. 15, 7. ἀστυφέλικτον τὴν βασιλείαν παρέχειν.

ἀσυγκόμιστος καρπός, Π. 1, 5, 7. p. 53. *fruges in horrea non comportatae*. v. κομίζειν et συγκομίζειν.

ἀσύμμετρος, *inconcinnus, proportione carens*. K. 2. 8. σχαλίδες — μὴ ἀσύμμετροι τὰ πάχη πρὸς τὰ μήκη. 3, 2. et 3. κύνες ἀσύμμετροι. Explicatur quodammodo verbis ἀσύντακτα ἔχουσαι τὰ σώματα.

ἀσύμφορος, *inutilis*. Π. 5, 2, 11. οἰόμενος ἀσύμφορον εἶναι αὐτῷ, ἡμᾶς μεγάλους εἶναι.

ἀσυμφόρως, *inutiliter*. E. 6, 3, 1. πολεμεῖν ἀσυμφόρως ἔχειν ἐλογίζοντο, h. e. ἀσύμφορον εἶναι. 6, 5, 41. τὰ μὲν μάτην, τὰ δὲ ἀσυμφόρως πεπραγμένα, *alia effectu caruisse, alia inutilia fuisse*.

ἀσύνδετος, *non connexus, distans*. K. 5, 30. leporis ὠμοπλάτας ἀσυνδέτους ἄνωθεν.

ἀσυνεσία, *inscitia*. O. 8, 17. res non ordine collocare

care πῶς οὐκ ἂν πολλὴ ἡμῶν ἀσυνεσία εἴη.

ἀσύντακτος, ¶ 1) *inordinatus, incompositus.* De militibus, E. 7, 1, 5. vbi oppon. συντεταγμένοι. Sic fere Π. 7, 5, 9. καθεύδουσι, μεθύουσι, πάντες δὲ ἀσύντακτοι εἰσίν. ¶ 2) *nondum diuisus, sine ordine disiectus.* De praeda, Π. 4, 5, 14. p. 249. πολλὰ ἀσύντακτα. Oppon. ἕως ἂν χώραν λάβῃ. ¶ 3) *societate non coniunctus.* Π. 8, 1, 16. οὐχ ὑπὸ τῶν καταστραφέντων κίνδυνος — καὶ γὰρ ἀνάλκιδας ἡγεῖτο εἶναι καὶ ἀσυντάκτους. Oppon. ἀθρόοι. ¶ 4) *inconcinnus.* De canum corporibus, K. 3, 3. v. ἀσύμμετρος.

ἀσυντόνως, *remisse, lentè.* Π. 4, 2, 15. ἀσυντονώτατα πρὸς τὴν πορείαν ἔχειν, *lentissime progredi.* Ita restituerunt viri docti pro συντονώτατα, quod est ab h. l. alienum.

ἀσυσκεύαστος, *inconditus, imparatus.* Poll. 10, 16. ἀσυσκεύαστον, ὡς Ξενοφῶν. O. 8, 13. οὔτε ἀσυσκεύαστα εἶναι, οὔτε δυσλύτως ἔχειν dicuntur in supellectili res *ita suo loco dispositae, vt sint in promtu atque semper vsibus aptae.*

ἀσφάλεια est inprimis ¶ 1) *securitas, pax, conditio qua quis tutus ab hostibus.* Ar. 3, 12. τοῖς τὰ σώματα εὖ ἔχουσι πολλὴ ἀσφάλεια καὶ ... κίνδυνος. Ier. 2, 9. post bellum ἀσφάλειαν αὐτοῖς ... ναι. Oppon. ἐν πολέμῳ εἶναι. §. 10. ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι. Oppon. ἐν κινδύνῳ. Λ. 12, 4. τοῦτο ἀσφαλείας ἕνεκα ποιοῦσι. Πο. 6. ... πόλιν μετ' ἀσφαλείας ... μονοῦσαν. c. ποιεῖν ... παρέχειν, Π. 4, 5, 12. p. 246. τοσούτῳ πλείονι ... τὴν ἀσφάλειαν ποιεῖν. Parallelo post est τὴν ἀσφάλειαν παρέχειν, vt 5, 4, 12. ... 4, 3. adiecto infinitiuo: εἰρήνην ὑμῖν ποιήσω καὶ ἀσφάλειαν ἐργάζεσθαι. Pro quo Ier. 10, 5. ... θάρσος καὶ ἀσφάλειαν ... ἔχειν. Π. 8, 1, 16. τῇ ... χῇ οὕτω τὴν ἀσφάλειαν κατεσκεύαζε. A. 7, 6, 31. ... συμπαρέχων ὑμῖν ... τὴν ἀσφάλειαν. O. 5, 6. αἱ κύνες τῇ ἐρημίᾳ ... ἀσφάλειαν συμπαρέχουσι. ¶ ... *libera commeandi accedendiue potestas, fides publica.* Ar. 2, 1, 15. αἱ πόλεις σοι κηρύττουσι ἀσφάλειαν καὶ προσιόντι καὶ ἀπιόντι. Inprimis ... quae conceditur victis sequente datiuo participii. E. 1, 2, 1. ... πλέουσιν ἀσφάλειαν. 5, 8, 6. ἀσφ...

ἀσφάλειαν αὐτοῖς γενέσθαι ἀπαλλαττομένοις. 5, 4, 11. εἰ σφίσιν ἀσφάλειαν — ἀπιοῦσι διδοῖεν. ¶ 3) ἀσφάλεια λόγου, Απ. 4, 6, 15. est *disputatio exploratam veritatem et assensum efficiens*, quae fit, cum quis διὰ τῶν ὁμολογουμένων πορεύεται. Sic ἀσφαλὴς ῥήτωρ. Paulo aliter Luc. 1, 4. λόγων ἀσφάλεια dicitur.

ἀσφαλής, ¶ 1) *firmus, tutus a lapsu*. Α. 3, 2, 11. ἐπ' ἀσφαλεστέρου ὀχήματος ἐσμὲν, np. in terra. Sic Ιππ. 3, 14. τὸ ἀσφαλὲς, *firma sessio in equo*. ¶ 2) *tutus ab hostibus*. Π. 5, 2, 15. p. 284. οὐδεμίαν ἀσφαλεστέραν πορείαν τῆς πρὸς Βαβυλῶνα ἰέναι. Ε. 5, 4, 51. ὁδὸς ἀσφαλεστέρα. Π. 8, 5, 6. παρέχοιεν ἂν αὐτοῖς ἀσφαλῆ τὴν καθόπλισιν. Λ. 12, 1. ἔρος ἀσφαλὲς ἢ τεῖχος. Ε. 2, 4, 5. οἱ τριάκοντα οὐκέτι νομίζοντες ἀσφαλῆ σφίσι τὰ πράγματα. Ιπ. 5, 5. ἀσφαλέστερον τὸ πρόσω (ἐξαπατᾷν), *insidiae, quae fiunt procul ab hostibus, tutiores sunt*. Possis etiam vertere *certiores*. ¶ 3. *certus, euidens*. Α. 5, 2, 15. σωτηρία ἀσφαλής. Απ. 2. 6, 39. συντομωτάτη καὶ ἀσφαλεστάτη ὁδός. 4, 6, 15. Homerus vocatur ἀσφαλὴς ῥήτωρ, *qui facile vincit, quia disputat e concessis*. Huc referri quoque potest 3, 1, 6. vbi imperatorem esse oportet tam ἀσφαλῆ, quam ἐπιθετικὸν, *cauendi sibi peritum*. Sed potest etiam ἀσφαλής h. l. esse *munitus*, vt pertineat ad nr. 2. Etiam Pollux 1, 178. recenset inter epitheta στρατηγοῦ. ¶ 4) ἀσφαλὲς dicitur de *loco tuto ab hostibus*. Π. 5, 3, 4 προσελάσας ἔνθα ἀσφαλὲς ἦν. 5, 4, 8. διώξας ἄχρις οὗ ἀσφαλὲς ὥστε εἶναι. Potest tamen in his locis intelligi infinitiuus προσελᾷν et διώκειν. Nam ¶ 5) ἀσφαλὲς et ἀσφαλές ἐστι habet post se infinitiuum. v. c. Π. 1, 6, 19. p. 77. δοκεῖ ἀσφαλὲς διδάσκειν, np. quia nullum periculum est, ne, vbi didicerint, doctrina abutantur. Inprimis tamen refertur ad periculum ab hostibus, a) sine inf. Π. 6, 2, 9. ἢ ἀσφαλέστερον εἶναι, ἢ ῥᾷον ἡμῖν. b) c. inf. Α. 3, 2, 11. φεύγειν αὐτοῖς ἀσφαλέστερόν ἐστιν ἢ ὑμῖν. 5, 2, 16. 5, 7, 17. bis. 7, 3, 2. εἰς πλοῖα οὐκ ἀσφαλὲς ἐμβαίνειν, h. e. *periculosissimum*. 7, 7, 30. Ε. 4, 7, 2. 4, 8, 16. 5, 1, 17. Ιερ. 1, 12. Ο. 5, 13. c) c. τὸ et inf. Π. 2, 1, 2. p. 89.

 ἡμῖν

ἡμῖν ποιήσεις τὸ ὁμόσε τοῖς ἐναντίοις ἰέναι ἀσφαλέστατον. Est litotes: *non adeo periculosum*. In margg. est ἀσφαλέστερον. Similis λιτότης est 3, 3, 25. ἐμεμαθήκεσαν, ἀσφαλέστατον εἶναι καὶ ῥᾷστον, τὸ ὁμόσε ἰέναι τοῖς πολεμίοις. it. Ιπ. 8, 12. ¶ 6) εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρῆσαι, np. χωρίον, Πο. 4, 44. et Ιπρ. 4, 18. Sic 7, 6. ἀναχωρίζειν εἰς τὸ ἀσφαλὲς τὰ δεόμενα. ¶ 7) ἐν ἀσφαλεῖ, np. τόπῳ f. χωρίῳ, εἶναι dicitur, qui est tutus ab hostibus, v. c. Π. 2, 4, 9. ὄρη, ἔνθα δύναιτ' ἂν — ἐν τῷ ἀσφαλεῖ εἶναι. 7, 1, 11. πολὺ ἐν ἀσφαλεστέρῳ ἔσεσθε. Α. 1, 8, 16. 3, 2, 24. 5, 6, 19. Ε. 7, 4, 21. 7, 5, 8. ἐν τῷ τείχει, ἔνθ' ἐν ἀσφαλεστέρῳ ἐστρατοπεδεύσατο, ἢ etc. Αγ. 2, 13. ἔστε ἐν τῷ ἀσφαλεστέρῳ ἐγένοντο. Sic c. τοῦ et inf. Ϻ. 3, 3, 17. ἐν ἀσφαλεῖ εἶσι τοῦ μηδὲν παθεῖν. Sed Cyrus moribundus dicit 8, 7, 3. p. 551. ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι, ὡς μηδὲν ἂν ἔτι κακὸν παθεῖν. Aliter E. 2, 3, 17. p. 91. ὅπως αὐτὸς ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καταστῇ, ἡμεῖς δὲ δίκην δῶμεν, *vt poenas euitaret*. ¶ 8) ἐξ ἀσφαλοῦς θεώμενον τοὺς πολεμίους ἀθρεῖν, Ιπρ. 4, 16. 8, 15. οἱ φίλοι ἐξ ἀσφαλοῦς ἐπιφαινόμενοι, *quo hosti non facile patet accessus*. ¶ 9) Π. 5, 4, 16. p. 318. ἡ ψυχή μου ... τὸ ἀσφαλέστατον ... Αγ. 2, 12. et E. 4, 3, 12. ... μέντοι εἵλετό γε τὰ ἀσφαλέστατα — ἀλλ' ἀντιμέτωπος συνέῤῥαξε. Πλ. 3, ... πρόσοδον ἕξουσι, καὶ ... ἐν πόλει· ὃ δοκεῖ τῶν ἀνθρωπίνων ἀσφαλέστατον εἶναι. Potest intelligi ... *tutissimum*, quia ... bello paritur, vel *certissima redituum ratio*. E. 3, 2, 9. αἱ οἰκίαι ... ἀσφαλέστατα νέμειν. All. ἀσφαλῶς ... placet ἀσφαλές. v. ... Alioquin omissam ... ἄν, et ἀσφαλῶς potest ... tum videri ex iis, qui ... paulo post sequuntur. Alii aliter locum ... habent. A. 7, 1, 4. ... ῥέσθαι ὡς ἂν αὐτῇ ... Marg. Steph. et 2 MSS. addunt ἀσφαλές, quod commodum sensum non habet.

ἄσφαλτος, *bitumen*. Suid. in v. ἀσφαλτῖτις λίμνη — ἄσφαλτος δὲ κηρίον (ita enim legendum est pro ξηρίον) ἐστὶ πίττῃ ὅμοιον. Idem in v. Ἀλαβὴ — ἡ ἄσφαλτος ἡ λεγομένη κ... φθα. Π. 7, 5, 9. p. 439. Babylone erant αἱ ... ἀσφάλτῳ ὑποκεκαυμένῃ ... κεχρισμέναι. A. 2, 4, 6. Μηδίας τεῖχος — ῳκοδομημένον

σιν πλίνθοις ὀπταῖς ἐν ἀσφάλτῳ κειμέναις, *bitumine coagmentatis.*

ἀσφαλῶς, ¶ 1) *firmiter, sine offensione, non corruendo.* Λ. 2, 3. ἀσφαλέστερον πρανῆ καταβαίνειν. Ιπ. 8, 3. ἀφ᾽ ὑψηλῶν ἀσφαλῶς κατιέναι. 6, 5. τάφρους ἀσφαλῶς περᾶν. Ιπ. 9, 9. καθῆσθαι ἀσφαλῶς in equo. Sic 12, 9. 8, 5. ταῦτα — καὶ ἑαυτῷ ὁ ἵππος καὶ τῷ ἀναβάτῃ ἀσφαλέστερον ποιήσει μᾶλλον. All. ἀσφαλέστερον. ¶ 2) *sine noxa, sine damno.* Σ. 2, 11. εἰς τὰ ξίφη ἐκυβίστα — θαῤῥοῦντως τε καὶ ἀσφαλῶς. Απ. 1, 3, 5. διαίτῃ — ᾗ χρώμενος θαῤῥαλέως καὶ ἀσφαλῶς διάγοι, *sine metu inopiae,* vt Π. 1, 6, 5. ἀσφαλέστερον διάγειν, *minore metu inopiae, tranquillius, felicius.* Πο. 4, 30. ἀσφαλέστατα καινοτομεῖσθαι, et §. 32. ἀσφαλέστερον κινδυνεύσειν, *sine damno rei familiaris* siue *non frustra,* h. e. per λιτότητα *cum lucro.* ¶ 3) *sine periculo, sine damno ab hostibus.* Π. 1, 4, 16. ὅπως ἀσφαλῶς θηρῴη in confiniis hostium. 3, 2, 8. ἀσφαλέστερον δύνασθαι ζῆν εἰρήνης γενομένης, ἢ πολεμοῦντες. §. 9. ἀσφαλῶς ἂν νέμοιτε. §. 10. οὐκ ἂν ἀσφαλῶς ἐργαζοίμεθα. Α. 7, 3, 6. διατρίβειν καὶ τρέφεσθαι ἀσφαλέστερον. Ιερ. 4, 4. ἀσφαλῶς ἕκαστος βιοτεύει. Πο. 6, 1. ἀσφαλέστερον οἰκήσομεν. Π. 5, 3, 16. p. 298. ἀθρόοι — τάχιστα καὶ ἀσφαλέστατα πορευοίμεθα. 5, 2, 9. εἰσιέναι ὅπως νομίζει ἀσφαλέστατα. §. 15. p. 284. ὡς ἀσφαλέστατα τὰς πορείας ποιεῖσθαι, *cum maxima cautione.* §. 14. erat φυλαττομένους. 5, 4, 20. ἀπάγουσι ᾗ ἂν ἀσφαλέστατα — ἀπέλθοιεν, *qua tutissimum iter.* Ε. 3, 4, 13. ἀσφαλῶς διεπορεύετο, *non lacessitus ab hoste.* Π. 5, 4, 17. τείχη ἐχυρὰ, ὅπως ἄν σοι εἴη ἀσφαλῶς χρῆσθαι, *satis munita sint.* 7, 2, 7. p. 418. victus, ἀσφαλῶς ἀπῆλθον, *saluus euasi.* Alias victi dicuntur Ιπ. 6, 2. et 8, 12. ἀσφαλῶς ἀποχωρεῖν et ὑποχωρῆσαι. 8, 24. ἀσφαλέστατ᾽ ἂν διάγοι, *nil patietur* tam recedens quam persequens. 7, 11. ἀσφαλῶς ἐφεπομένῳ. 8, 1. ἀσφαλῶς τὸ πολὺ κρεῖττον στράτευμα κακουργεῖν. Ε. 3, 2, 2. ἀσφαλῶς φέρων καὶ ἄγων τὴν Βιθυνίδα. Α. 4, 3, 20. ἐπεὶ τὰ παρ᾽ αὐτῷ ἀσφαλῶς εἶχε, *cum nullum periculum suis timendum esset ab hostibus.* Sic Π.

Π. 3, 2, 6. vbi oppon. τὰ τῶν πολεμίων ἄγειν καὶ φέρειν. et 4, 1, 8. p. 205. c. inf. διώκειν τοὺς ἥττους ἀσφαλῶς εἶχε, *sine periculo perſequi poteramus.* Similiter 5, 5, 5. p. 327. ταῦτα ἀσφαλῶς ἕξει σοι, *non metuendum ne quid contra te moliantur.* Ἀγ. 11, 12. τιθέναι τὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς, *ſociorum regiones et bona tuta ab hoſtibus praeſtare.* In re familiari. Απ. 3, 8, 10. ὅπως — τὰ ὄντα ἀσφαλέστατα τιθοῖτο, ſcil. ne corrumpantur frigore aut calore. ¶ 4) Απ. 1, 3, 14. τοὺς μὴ ἀσφαλῶς ἔχοντας πρὸς ἀφροδίσια, *qui facile vincuntur a libidine.* ¶ 5) Π. 6, 3, 8. ὡς σαφέστατα γ' ἂν εἰδείην. Zeun. non male praefert lectionem ὡς ἂν ἀσφαλέστατά γε εἰδ. Cf. ſupra nr. 1. Legitur etiam ἀτφαλῶς pro ἀσφαλές. v. ἀσφαλής nr. 9.

ἀσχάλλειν (poet.), *moleſte ferre.* Hefych: ἀσχάλλει· — λυπεῖται, ἀθυμεῖ, ἀδημονεῖ, ἀγανακτεῖ. Suidas et Etymol. M. interpretantur etiam verbo χαλεπαίνειν. Ιπ. 10, 6. ἵππος ἀσχάλλων τῇ τραχύτητι (τοῦ χαλινοῦ). Alias dicitur λυπούμενος.

ἀσχημονεῖν, *foeda agere.* Ιπ. 11, 6. πολὺ ἂν τι ἀσχημονοίη, ἢ καλὰ τι ὁ τοιαῦτα πάσχων (ſcil. ὁ καζόμενος, μαστιγούμενος, κεντριζόμενος) καὶ ἵππος καὶ ἄνθρωπος.

ἀσχήμων, *indecorus.* Πολ. 7. ὅταν ἄσχημον μηδὲν, μηδὲ δυσχερὲς ἐν γυμνασίοις τῶν παρόντων καλεῖσθαι, ſcil. in mori genere, quale erat Socratis.

ἀσχολία, *occupatio, negotium.* Ιερ. 9, 8. egregia ſententia: σύνη σὺν τῇ ἀσχολίᾳ συμφορεῖ. Π. 2, 2. ... ποτέ μοι ἀσχολία ... φασ'ζετο. Α. 7, 5, 10. καὶ ἤδη ἀσχολίαι ἐγένοντο (all. ἐφαίνοντο), ... occupationes ſimulabat. Απ. 3, 9, 9. ἀσχολίας ... οὔσης. Iungitur ... 3, 3. πλείστους ... τοῖς ὑπέβαλε, πλείστην ... ἀσχολίαν ἀμηχανίαν ... Scilicet ἀσχολία, Ammonio in v. ἀκαιρία auctore, ... ἢ περί τι ἄλλο ... et h. l. refertur ad ... ἡδονὰς etc. Senſus igitur eſt: *implicitos laboribus diſtrahebat.* Iungitur πράγματα, Ιππ. 5, 8. ... τοῖς ἐναντίοις πράγματα καὶ ἀσχολίας ... In ... ſcil. εἶναι, vel potius ... Viſitatiſſima autem eſt formula ἀσχολίαν παρέχειν.

παρέχειν, *negotium alicui faceſſere,* vt Π. 4, 3, 3. p. 230. 8, 3, 20. Απ. 3, 11, 16. Ιπ. 3, 12. Etiam ſequente inf. Π. 8, 1, 5. ἀμφὶ ταῦτα ἔχειν, ᾔδει ὅτι ἀσχολίαν παρέξει τῆς τῶν ὅλων σωτηρίας ἐπιμελεῖσθαι, *impedimento fore quo minus negotiis diſtractus curare poſſit.* Cf. Ο. 6, 9. 4, 3. ἀσχολίας ἔχουσι καὶ φίλων καὶ πόλεως συνεπιμελεῖσθαι αἱ βαναυσικαί. Λ. 13, 1. Additur infinitiuo τοῦ, Απ. 2, 3, 11. πολλὴν ἀσχολίαν ἔχειν τοῦ ἐπιμεληθῆναί τινος καλοῦ κἀγαθοῦ. Additur item εἰς τὸ μή, Ε. 6, 1, 4 p. 364. οὐδὲ ἀσχολίαν ἔχει εἰς τὸ μὴ πράττειν. Scil. μὴ omnino poſt verba impediendi poni ſolet. v. ἀπαγορεύειν, ἀποκωλύειν etc. c. τῷ et inf. Π. 8, 7, 3. p. 545. ἃ τῷ εὐφραίνεσθαι πολλὰς ἀσχολίας παρέχει. In edd. vett. verba τῷ εὐφρ. deſiderantur, quae tamen in aliis leguntur, et ob praecedens εὐφραίνειν neceſſaria videntur. Sed poſſint etiam intelligi, vel τοῦ poni pro τῷ, quia alias in Xenophonte non reperitur c. dat. rei. (Haec Thiemii criſis vereor vt cuiquam placeat. St.)

ἀτακτεῖν dicuntur ¶ 1) milites *immodeſti, et qui contra imperatoris iuſſa faciunt,* v. c. Π. 7, 2, 2. ἀτακτοῦντες ſunt, *qui ſtatione relicta praedatum abierant.* Α. 5, 8, 9. ὁ ἀτακτῶν quinam ſit, cognoſcitur e §. 4. Ο. 5, 15. opponuntur οἱ ἀτακτοῦντες et οἱ ποιοῦντες ἃ δεῖ ποιεῖν τοὺς ἀγαθούς. Ιππ. 1, 24. οἱ ἀτακτοῦντες. Oppon. οἱ εὔτακτοι ſ. εὐπειθεῖς. ¶ 2) alii, vt Π. 8, 1, 8. κολάζειν τὸν ἀτακτοῦντα, *qui leges violat.* 8, 6, 8. ὁ ἀτακτῶν ſatrapa qualis ſit, ex praecedentibus patet. Ο. 7, 31. maritus ἀτακτῶν eſt, qui ἀμελεῖ τῶν ἔργων τῶν ἑαυτοῦ ἢ πράσσει τὰ τῆς γυναικὸς ἔργα, παρ' ἃ ὁ θεὸς ἔφυσε. v. *Moſche* p. 24—27. qui bene verba illius loci diſtinguit ſic: οἱ δέ τις παρ' ἃ ὁ θεὸς ἔφυσε, ποιεῖ, ἴσως τι καὶ ἀτακτῶν, τοὺς θεοὺς οὐ λήθει.

ἄτακτος, ῃ *inordinatus.* Semper de exercitu dicitur, vt Π. 1, 6, 19. p. 78. τεταγμένοις τοῖς σαυτοῦ λαμβάνειν τοὺς ἀτάκτους. p. 79. διῶξαι καὶ ἀτάκτους ποιῆσαι. Απ. 3, 1, 7. oppon. στράτευμα τεταγμένον et ἄτακτον. Ο. 8, 4. στρατιὰ ἄτακτος. §. 6. opponitur τεταγμένη. Α. 1, 8, 2. 3, 4,

4, 11. ἄτακτοι et ταραττόμενοι idem valent. 5, 4. 10. ἄτακτοι dicuntur, qui §. 8. οὐ ταχθέντες. Cf. Ιππ. 2, 9.

ἀτάκτως, *inordinate*. Π. 1, 4. 22. εἰς τοὺς παρεσκευασμένους ἀτάκτως ἐμπεσόντες. E. 4, 8, 18. et 19. ἀτάκτως βοηθεῖν dicuntur, qui palantur ob praedam. Sic Aπ. 3, 1, 7. in comparatione cum exercitu: ξύλα καὶ κέραμος ἀτάκτως ἐῤῥιμμένα.

Ἀταλάντη, *Atalanta*. K. 1, 7. Melanioni vxor datur. 13, 18. recensetur inter celeberrimas venatrices. Cum autem duplex Atalanta celebretur, Arcadica et Boeotica, intelligi probabile est Arcadicam, de qua v. Aelian. V. H. 13, 1. vbi Perizonius laudat Spanhemium ad Callimach. h. in Dian. 216. Cf. Heyn. excurs. 6. ad Virgil. T. II. quem iam Zeunius ad K. 1, 7. laudauit.

ἀταξία, ¶ 1) *ordinis perturbatio, ordinis desertio, immodestia*. E. 3, 1, 7. ἀταξίας ζημίωμα, *poena militis vel ducis, qui officio non est functus, qui non obediens fuit iussu imperatoris*. A. 3, 1, 27. ἡ εὐταξία σώζειν δοκεῖ, ἡ ἀταξία πολλοὺς ἀπολώλεκε. Inest h. l. eo, quod interfectis ducibus οὐδὲν ἂν καλὸν οὐδ' ἀγαθὸν γένοιτο. 3, 2, 1. ἀναρχίᾳ καὶ ἀταξίᾳ ἀπ... σθαι. 5, 8, 5. ... δρας πολλοὺς ἕνεκα ... ας. Paulo post hi dicuntur λιπόντες τὰς τάξεις qui προθέοντες ἁρπάζειν ἤθελον. Ιππ. 7, 9. ... μένων ἀταξίᾳ. Est ... uus modi f. pro aduerbio et deficit ἐν, quod est in marg. Castal. Edd. vett. habent ἀταξία, ... subscribendo non ... scripto, sed adscripto. ¶ 2) *confusio, temere* ... Aπ. 3, 5, 6. ἐν ταῖς ... ὅταν μηδὲν φοβῶνται ... στοί εἰσι ἀταξίας. Opp... τὰ κελευόμενα ποιοῦν... 1, 5. tribuitur democratiae, et fere de ... intelligi potest. ¶ ... *confusus ordo in re familiari*. O. 8, 9. Contrarium in praecedentibus est ἐν τάξει ποιεῖν.

ἀτὰρ (poët. v. Σ. 4, 6.) ¶ 1) *at*. In interrogationibus, Π. 2, 1, 2. p. 86. ἀτὰρ δέῃ τι αὐτῶν; Saepius additur particula interrogandi, vt ἄρα, πότερον, τί. Π. 7, 2, 4. A. 7, 7, 5. Aπ. 3, 1, 5. 11. 3, 6, 11. 3, 7, 2. 3, 10, 10. 15. 3, 11, 5. 4, 2, 11. Item in correctione, A. 4, 6, 11. ἀτὰρ ...

—ι ἐγὼ συμβάλλομαι. Sic Πο. 4, 16. ¶ 2) In incremento argumentationis et narrationis, E. 5, 3, 7. οὐδ' (ne quidem) οἰκέτας χρὴ κολάζειν ὀργῇ — ἀτὰρ αντιπάλοις μετ' ὀργῆς προςφέρεσθαι, ὅλον ἁμάρτημα, quia adeo. 5, 4, 17. πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἐποίησεν, ἀτὰρ καὶ — κατεκρήμνισε. ¶ 3) Videtur esse pro πλὴν. O. 17, 15. ¶ 4) Adhibetur in aliis transitionibus, O. 18, 1. ἀτὰρ οὖν εἰκός. 21, 1. ἀτὰρ ἐννεά γε.

ἀτάρακτος, non perturbans. Ιπ. 7, 10. βάθην — τοῦτο γὰρ ἀταρακτότατον, minimam perturbationem affert. Cf. ἀτάραχος, pro quo legitur.

ἀταράκτως, ordinibus non perturbatis. Ιππ. 2, 1, equites ῥᾷστα καὶ ἀταρακτότατα ἄξους πορεύσονται. 4, 9. τὸ μέτωπον μηκύνοιεν ἂν τῆς τάξεως ἀταράκτως.

ἀτάραχος, imperturbatus. Π. 2, 1, 16. ὑπηρέτας ἀδικνοὺς καὶ ἀταράχους. Hutch. vertit intrepidos. Quid si actiue vertas? nil turbantes. Zeun. e Cod. Guelf. reposuit ἀταράκτους.

Ἀταρνεύς, Atarneus, vrbs e regione Lesbi. v. Harpocrat. et Hutch. diss. ad Anab. p. 39. Accusatiuus Ἀταρνέα legitur A. 7, 8, 4. vnde situs eius cognoscitur. E. 3, 2, 9. φυγάδας Ἀταρνέα ἔχοντας, χωρίον ἰσχυρὸν — ἐκ τούτου φέροντας καὶ ἄγοντας τὴν Ἰωνίαν. In priore loco Stephanus profert etiam lectionem Ἄταρνα, dicens tamen in Hellenicis legi Ἀταρνέα. Idem vero in E. 3, 2, 9. vult legi Ἄταρνα e Stephano Byz. qui, Ἄταρνα, inquit, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβου. ὁ πολίτης, Ἀταρνεύς. Sed potius in his Ἀταρνεὺς scribendum esse pro Ἄταρνα, et Ἀταρνείτης pro Ἀταρνεύς, vidit Berkelius, idque multis exemplis confirmauit. Cf. Valckenar. ad Herodot. 1, 160. et Wesseling. ad Diodor. Sic. 16, 52. quos iam Morus laudauit.

ἀτασθαλία (poet.), v. αἰθρία et Schol. Homer. Il. δ, 409.

ἄταφος, insepultus, inhumatus. A. 6, 5, 4. E. 6, 5, 38. p. 431. τοὺς τελευτήσαντας οὐκ εἴασαν ἀτάφους γενέσθαι.

ἅτε, ¶ 1) quippe, vel quippe qui. c. particip. vel genitiuis consequentiae, v. c. Π. 1, 3, 3. ὁ Κῦρος, ἅτε παῖς ὢν — ἥδετο. 1, 4, 16.

16. 23. 2, 2, 1. p. 102. 4, 1, 3. 4, 2, 2. 3. 4, 5, 4. 6, 4, 2. 7, 1, 16. 17. A. 1, 8, 10. vbi legitur ex ingenio Stephani pro ὅτε. v. εἶναι nr. 20. 4, 5, 14. 4, 8, 20. 6, 3, 1. E. 2, 3, 11. 3, 4, 7. *ἅτε συντεταραγμένων τῶν πολιτειῶν — ἅτε γιγνώσκοντες πάντες τὸν Λύσανδρον.* Hoc altero loco reddi possit *quod vero.* Fortassis δὲ excidit. 4, 2, 13. *ἅτε δὴ ἀπαθεῖς ὄντες.* 4, 5, 4. 15. 4, 7, 7. 5. 1, 12. 20. 5, 2, 32. 5, 4, 66. 6, 4, 10. Αϑ. 1, 20. 2, 14. ¶ 2. *ἅτε δὲ* cum genitiuis consequ. ab initio coli: *quum vero, sed quod.* E. 4, 5, 10. 4, 7, 5. 5, 4, 63. Sic *ἅτε οὖν*, Π. 3, 3, 20. *ἅτε οὖν νίκης ἐρῶντες μένοντες μάχεσθε.* Vbi vel *utpote* vel *tanquam* verti potest. In margg. h. l. est *οἷοί τε, εἴτε, αἶτε.* Sed praestat ἅτε.

ἀτείχιστος, *muris non munitus.* E. 3, 5, 9. Piraeeus ita dicitur. 6, 5, 28. et Αγ. 2, 24. Lacedaemon vocatur *ἀτείχιστος πόλις.* E. 6, 5, 32. *τὰς ἀτειχίστους τῶν πόλεων.* Potest verti *minus munitas.* Saltem 3, 2, 9. Elis nominatur *ἀτείχιστος*, h. e. *male munita.* Nam τεῖχος habuit. v. §. 21. Cf. Wesseling. ad Diodor. Sic. 14, 17.

ἀτεκμάρτως ἔχειν, *inexploratum esse.* Απ. 1, 4. 4. *τὰ ἀτεκμάρτως ἔχοντα ὅτου ἕνεκά ἐστι, quorum vtilitas nullo indicio patet.* Oppon. *τὰ φανερῶς ἐπ' ὠφελείᾳ ὄντα.*

ἀτέλεια, *immunitas*, i. q. *ἀλειτουργησία.* v. Suid. et interpp. ad Hesych. Sed aliter tamen accipiendum videtur A. 3, 3. 11. *ἢν τοίνυν δῶμεν ἀργύριον — τῷ δὲ σφενδονᾶν ἐντεταγμένῳ — ἄλλην τινὰ ἀτέλειαν εὕρωμεν.* Scilicet videtur inprimis intelligi *honestus in militia locus.* Nam σφενδόνη erat δουλικὸν ὅπλον. v. σφενδ. E. 1, 2, 7. *οἱ Ἐφέσιοι — τοῖς Συρακουσίοις ἀριστεῖα καὶ οἰκεῖν ἀτέλειαν ἔδοσαν, τοῖς Σελινουσίοις δὲ καὶ πολιτείαν.* Vbi haud dubie est *ἀτέλεια τοῦ μετοικίου.* Aliud enim est *πολιτεία.* Caeterum eadem iunguntur etiam apud Demosthenem. v. index Reiskii.

ἀτελεῖν. In var. lect. male est *ἀτελήσαι* pro *ἀτελέσαι.* v. ἀπολύειν nr. 1.

ἀτελής. ¶ 1) *irritus.* E. 4, 8, 9. *ἐφ' ᾧ ἐπόνησαν, (τοῦτο) ἀτελὲς αὐτοῖς ποιήσειε.* §. 15. *εἰρήνη οὕτως ἐγένετο ἀτελής, de pace non conuenit.* ¶ 2) *integer*, siue vt Reiskius explicat, *qui superest deductis omnibus*

bus in rem aliquam factis sumtibus. Πο. 4, 14. et 23. ὀβολὸς ἀτελής. §. 15. μνᾶ ἀτελής.

ἀτερπής, *iniucundus.* O. 8, 3. de rebus ordine non collocatis: θεᾶσθαι ἀτερπές. Cf. ἀγλευκές.

ἀτεχνῶς, ¶ 1) *certissime.* E. 7, 1, 32. ἀτεχνῶς λακωνιεῖ ἡ πόλις. Ammonius interpretatur vocabulis ἁπλῶς, ἀδόλως, καθάπαξ, καθόλου, — φανερῶς. ¶ 2) *negligenter, sine arte.* Απ. 3, 11, 7. ἀτεχνῶς θηρᾷν. Oppon. θηρῶντες πολλὰ τεχνάζουσιν. Scribendum potius erit ἀτέχνως, si recte praecipit Ammonius: ἀτέχνως τὸ παροξύτονον σημαίνει τὸ χωρὶς τέχνης, καὶ ἀμαθῶς.

ἀτημέλητος, *neglectus,* i. q. ἠμελημένος, auctore Hesychio. Cf. Etymol. M. Π. 5, 4, 9. οὐδένα sauciorum ἑκὼν ἀτημέλητον παρέλιπεν. 8, 1, 5. οὐδεὶς ἀτημέλητος γίγνεται. Oppon. ἐπιμελεῖσθαι.

ἀτημελήτως, *negligenter,* i. q. ἀμελῶς, Hesychio interprete. Vnde ἀτημελήτως ἔχειν, *negligere, negligi.* c. gen. Π. 8, 1, 5. τῶν οἰκείων ἀτημελήτως ἔχειν.

ἀτηρία, *damnum.* v. ἀτειρία et Suid. in v. ἀτηρότατον.

ἀτιμάζειν, ¶ 1) *ignominia afficere.* Αγ. 5, 5. ἀτιμασθῆναι νομίσας, sc. osculo denegato. E. 4, 1, 11. ἀδικηθέντες καὶ ἀτιμασθέντες, quibus praeda debita erat denegata. ¶ 2) *ignominia notare poenae loco.* Π. 1, 6, 17. τὸν πειθόμενον ἐπαινεῖν τε καὶ τιμᾶν, τὸν δὲ ἀπειθοῦντα ἀτιμάζειν καὶ κολάζειν. 2, 2, 15. p. 113. τοὺς κακοὺς ἀτιμασθέντας, *ignavos e militum numero remotos.* A. 1, 9, 2. τοὺς τιμωμένους ὑπὸ βασιλέως καὶ ἄλλους ἀτιμαζομένους. ¶ 3) fere i. q. ὑβρίζειν. A. 1, 1, 4. ὁ Κῦρος ἀτιμασθείς, sc. a fratre in carcerem coniectus, licet deinde dimissus. ¶ 4) *contemnere.* Π. 5, 2, 15. p. 287. 5, 5, 10. p. 335. Απ. 2, 1, 31. 2, 2, 14. 4, 2, 29. ἀδικοῦσι καὶ καταγέλαστοι γίγνονται, καὶ καταφρονούμενοι καὶ ἀτιμαζόμενοι ζῶσι. K. 12, 21. 13, 9. vbi etiam est: τὰ τῶν φιλοσόφων ἐνθυμήματα μὴ ἀτιμάζειν, *non improbare.*

ἀτιμᾶν et ἀτιμοῦν, *infamia notare.* Αθ. 1, 14. τοὺς χρηστοὺς ἀτιμοῦσι, καὶ χρήματα ἀφαιροῦνται, *ad honores non admittunt, honoribus privant.* Steph. et Leuncl. habent ἀτιμοῦσι, haud dubie e Stobaeo.

3, 12. οὐδεὶς ἀδίκως ἠτίμασται Ἀθήνησι — ἠτίμωνται ἀτιμῶνται. §. 13. ἠτιμῶσθαι.

ἀτιμαστέον, *vituperare oportet*. Σ. 4, 17. οὐδὲ ταύτῃ ἀτιμαστέον τὸ κάλλος, ὡς ταχὺ παρακμάζον.

ἀτίμητος, *inhonoratus, non beneficio praemioue ornatus*. Ιερ. 9, 10. ὁ ἀγαθόν τι εἰσηγούμενος οὐκ ἀτίμητος ἔσται.

ἀτιμία, *contumelia, ignominia*. Est varii generis, v. c. Π. 2, 2, 6. οὕτως ἡμᾶς ἐν ἀτιμίᾳ ἔχεις, np. imponendo nobis nomen iactatorum. 5, 5, 10. p. 332. ἐμοί ἐστί πῃ ταῦτα ἀτιμίαν φέροντα, np. quod solus sine me tantas res gessisti. E. 3, 4, 9. βαρέως φέρων τῇ ἀτιμίᾳ, quae nimirum erat *imminutio dignitatis et auctoritatis*. Απ. 1, 2, 51. Socrates τοὺς πατέρας ἐποίει ἐν ἀτιμίᾳ εἶναι παρὰ τοῖς etc. *fecit vt parui penderentur*. Λ. 9, 6. τοιαύτης τοῖς κακοῖς ἀτιμίας ἐπικειμένης. Varia illa ignominiae genera, quae apud Lacedaemonios ignauiae proposita erant, recensentur §. 2. et 3. Simile est Πο. 2, 2. ὅσα ἀτιμίας δοκεῖ τοῖς μετοίκοις παρέχειν. Intelligitur τῶν μετοίκων deterior ciuibus conditio, eorumdemque contemtus tam verbis quam rebus declaratus. v. Poll. 3, 55. et 56. et Valckenar. ad Ammon. 2, 7.

ἄτιμος, ¶ 1) *ignominiosus, turpis*. Π. 5, 5, 3. ἄτιμόν τι ἔδοξεν αὐτῷ εἶναι, np. ὀλίγην θεραπείαν σὺν ἑαυτῷ εἶναι. 7, 3, 4. οὐδὲ τὰ ἄλλα ἄτιμος ἔσται, ἀλλὰ καὶ τι μνῆμα χώσουσι. Est litotes: *reliquis honoribus afficietur*. 8, 4, 3. ἀτιμοτέρα ἕδρα, *minus honesta, minus honorifica*. Oppon. τιμιωτέρα. Α. 7, 7, 26. ἄτιμον ὄντα ἐν τοῖς στρατιώταις. §. 29. οὐδὲ τοῖς στρατιώταις ἔσῃ δι' ἐμὲ ἀτιμότερος. Vtroque loco est de Xenophonte, qui in contemtum et inuidiam et falsam suspicionem exercitus incurrerat. Ιερ. 1, 27. γάμος ἐκ φαυλοτέρων — ἄτιμος. Oppon. κάλλιστος. Ο. 7, 42. μὴ τρηούσης τῆς ἡλικίας ἀτιμοτέρα ἐν τῷ οἴκῳ γένῃ, ἀλλὰ — τιμιωτέρα. Cf. ἔντιμος nr. 5. ¶ 2) *infamis, infamia notatus*. a) apud Persas, Π. 1, 2, 14. ὁ ἀποκριθεὶς, ἄτιμος τὸν λοιπὸν βίον διατελεῖ, np. non admittitur ad honores et commoda, ad quae ὁμοτίμοις patet aditus. Sic 2, 3, 5. p. 120. τῶν δημοτῶν vita nominatur ἄτιμος. Oppon.

Oppon. ἔντιμος. b) Athenis. v. Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. p. 231. Scil. ἄτιμοι vocabantur, *qui vel iudicio populi damnati et mulctati, vel alia infamia notati erant.* E. 2, 2, 6. τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιήσαντες. Prorſus ſimilis locus eſt apud Andocidem p. 35. qui locus omnino eſt claſſicus, quia varias τῶν ἀτίμων ſpecies enarrat. Cf. Αϑ. 3, 13. c) Lacedaemone. Λ. 9, 6. ἄτιμος καὶ ἐπονείδιστος βίος. Qualis ſit, exponitur §. 5. ¶ 3) *vilis, parui aeſtimatus.* Πο. 4, 10. χρυσίον ἀτιμότερον γίγνεται, τὸ δὲ ἀργύριον τιμιώτερον ποιεῖ. §. 11. τοῦ ἀργυρίου ἀτίμου ἐσομένου. Ἀπ. 1, 2, 55.

ἀτιμοῦν, v. ἀτιμᾶν.

ἄτμητος, *vnde nondum argentum fuit effoſſum.* Πο. 4, 27. ἐν τοῖς ἀτμήτοις, ſc. χωρίοις vel ἀργυρείοις. Oppon. κατατετμημένοις. Cf. καινοτομεῖν.

ἀτμίζειν, *vapores exhalare.* Heſych: ἀτμίζουσαν· ἀναθυμιάζουσαν. A. 4, 5, 12. κρήνην, ἢ πλησίον ἦν ἀτμίζουσα.

ἀτολμία, *ignauia, timiditas.* E. 5, 3, 22. oppon. τόλμα.

ἄτοπος. Π. 2, 4, 8. p. 131. πρός σε πάντα ὁρᾶν, ἄτοπόν μοι φαίνεται εἶναι, *iniquum.* 7, 2, 7. ἄτοπα ἐμοῦ ποιοῦντος, *inepta, abſurda, non veriſimilia.* E. 2, 3, 13. ἔλεγεν, ὅτι ἄτοπον δοκοίη ἑαυτῷ εἶναι, *abſurdum.* Ἀπ. 2, 3, 15. ἄτοπα λέγεις, καὶ οὐδαμῶς πρὸς σοῦ, *perſonas noſtras non decentia.*

ἀτρακτυλὶς, *atractylis.* Eſt genus ſpinae, cnico ſimilis, ſed diuerſae a cnico ſylueſtri. v. Matthiolus ad Dioſcorid. 3, 91. p. 593. ed. Bauhin. Latini vocant *fuſum agreſtem,* auctore Matthiolo. K. 3, 15. δοκίδας ἀτρακτυλίδος. Edd. vett. male exhibent ἀστρακτ.

Ἀτραμύττιον, *Atramyttium.* Ita ſcribitur in Xenophonte, cum in aliis fere ſcribatur Ἀδραμύττιον, vel Ἀδραμύττειον. v. Hutch. diſſ. ad Anab. p. 39. Obſ. miſc. nov. T. IV. p. 227. Interpp. Thucyd. 5, 1. 8, 108. Bochart. geograph. ſacr. P. II. 1, 8. p. 406. ſq. Wetſten. ad Act. 27, 2. A. 7, 8, 4. vrbs prope Caicum, amnem Myſiae.

ἀτραπὸς, *via trita, via conſueta.* Ἀπ. 3, 11, 8. εἰς τὰς ἀτραπούς ἢ φεύγουσι lepores. Π. 1, 6, 19. p. 80. eſt πόρους.

ἀτρέμα et

ἀτρέμας, (Vtrumque enim recte legitur. v. Etymol. M.) ¶ 1) *quiete*. K. 5, 11. leporis dormientis ὀφθαλμοὶ ἀτρέμας ἔχουσιν, *non mouentur*. Poll. 5, 72. τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀτρεμίζει. K. 9, 5. ὁ νεβρὸς ἕξει ἀτρέμα, *immotus manebit*. Cf. Obs. Miscell. Vol. V. p 286. Sed ἀτρέμας ἧστο, Ar. 1, 2, 38. est Homericum. ¶ 2) *lente*. K. 5, 31. ὅταν (ὁ λαγὼς) ἀτρέμα διαπορεύηται. Aliud est θεῖν.

ἀτρεμεῖν, *quiescere, non moueri*. v. τρέμειν.

*ἀτρεμής, ¶ 1) *immotus*. Σ. 8, 3. hominis grauis ἀτρεμὲς ὄμμα. ¶ 2) τὸ ἀτρεμὲς, *tranquillitas*. Ay. 6, 7. vbi additur τὸ ἀνεκπληκτότατον καὶ ἀθορυβητότατον. Tribuitur autem ibi exercitui modeste iter facienti.

ἀτρεμία Hesychius interpretatur ἡσυχία. Π. 6, 3, 6. ἀτρεμίαν ἔχειν, *immotos consistere*.

ἀτρίβαστος. Ιππ. 8, 3. ἵππων ἀτριβάστων πρὸς τραχέα, *qui minus assueti sunt calcando loca aspera*. Oppon. οἱ τοὺς πόδας ἐκπεπονημένοι. Brodaeus legit ἀτριβάτων, quod interpretatur ἀτριβῶν vel ἀτρίπτων. Sed praeter hunc Xenophontis locum vix in alio scriptore inuenias siue ἀτρίβαστος siue ἀτρίβατος.

ἀτριβής, ¶ 1) *non tritus*. A. 4, 2, 6. ἀτριβεῖς ὁδούς. Oppon. φανερὰν ὁδόν. Cf. 7, 3, 23. ¶ 2) *integer, sine detrimento*. Π. 8, 7, 3. p. 548. οἱ θεοὶ τὴν τῶν ὅλων τήνδε τάξιν συνέχουσιν ἀτριβῆ. All. habent ἀκριβῆ. Sed ἀτριβῆ est in loco parallelo Ar. 4, 3, 13.

ἄτριπτος, *nondum tritus*. O. 18, 5. τὰ ἄτριπτα, *frumentum pedibus iumentorum nondum calcatum*.

ἀτροφεῖ ἵπποι, Ar. 3, 3, 4. *macilenti, strigosi*, etiā vniuersum quidem, non vero ii solum, qui naturae vitio non sentiunt cibum, vt voluit Victorius V. L. 4. extr. v. Ern.

ἄττα dicitur Attice pro τινά, quod docent v. c. Harpocratio et Thomas Magister. De scriptura vocabuli v. Fischer. ad Plat. Phaed. 3. Ponitur post adiectiua, vt Π. 2, 2, 6. οἰκτρὰ ἄττα. All. ἄττα. 3, 3, 6. ἀναμιμνησκόμεθα, τὰ ποῖα ἄττα ἔργα ἐστὶν, *qualia fere*. Cf. τὶς nr. 21. E. 3, 4, 24 pro ἄλλα τε πολλὰ Morus et edd. vett. restituit ἄλλ' ἄττα κτλ. Alioqui posset

ſit τε ferri, quia ſequitur καί. Sic Ιπρ. 8, 7. ἀλλ' ἄττα μᾶλλον — ἢ τὰ πολεμικά. In edd. vett. eſt ἀλλ' ἄττα. Male.

ἄττα, v. ἄσσα et ἅττα.

Ἀττική, *Attica*. Πο. 1, 2. τὴν φύσιν τῆς Ἀττικῆς. De hac eius natura legendum eſt totum hoc caput, et c. 4. Ε. 5, 1, 1. λήψεσθαι ἐκ τῆς Ἀττικῆς. §. 9. ζωστὴρ τῆς Ἀττικῆς. Απ. 2, 8, 1. ἐν τῇ Ἀττικῇ, ſcil. κτήματα. Oppon. ὑπερόρια. Erat enim montibus cincta. v. 3, 5, 25. Απολ. 23. ἔξω τῆς Ἀττικῆς. Cf. Ἀττικός.

Ἀττικίζειν, *partibus Athenienſium fauere*. Ε. 1, 6, 9. 6, 3, 6. p. 387. οἱ μὲν λακωνίζουσιν, οἱ δὲ ἀττικίζουσι.

Ἀττικός, *Atticus*. v. c. Αθ. 2, 16. τὴν Ἀττικὴν γῆν. Ε. 1, 1, 26. τῶν Ἀττικῶν νηῶν. 5, 1, 23. ταῖς Ἀττικαῖς ναυσί.

ἀτυχεῖν, ¶ 1) *non conſequi optata*, vt ἀποτυγχάνειν. v. Etymol. M. Π. 1, 3, 12. ὅσα ἂν βούλῃ λέγων πρὸς ἐμὲ οὐκ ἀτυχήσεις, *non repulſam feres*. 1, 6, 6. τοὺς ἀθέμιστα εὐχομένους — παρὰ θεῶν ἀτυχεῖν, *non impetrare*. c. gen. rei, Π. 8, 7, 3. p. 542. οὔτ' ἐπιθυμήσας οὐδ' ὅτου ἠτύχησα. Ε. 2, 1, 19. τῶν δικαίων οὐδενὸς ἀτυχήσει. ¶ 2) *aduerſa fortuna vti*. Ε. 1, 7, 10. p. 60. τοῖς ἡττημένοις καὶ ἀτυχοῦσιν. Poſſit tamen hic locus etiam ad nr. 1. referri. Sed de infelici belli ſucceſſu eſt Απ. 3, 9, 8. βοηθεῖν ἀτυχοῦσι, qui ibidem dicuntur κακῶς πράττοντες. Oppon. εὐτυχεῖν.

ἀτυχία, *aduerſa fortuna*. Απ. 3, 9, 8. τῶν φίλων ἀτυχίαι.

αὖ, ¶ 1) *rurſus*. Ε. 2, 3, 17. p. 92. 7, 3, 2. Ιπρ. 3, 12. bis. etc. Π. 5, 5, 9. ἐπεὶ δ' αὖ καὶ πρὸς ταῦτα ἐσίγα. 1, 6, 12. p. 64. ἐπήρου με πάλιν — ἐπήρου με αὖ πάλιν — ἀνέκρινας αὖ σὺ — ἤλεγχες αὖ σύ. Et ſaepe ἐκ παραλλήλου iungitur πάλιν, ita vt vel πάλιν αὖ dicatur, vel αὖ πάλιν, v. c. Π. 2, 2, 16. 3, 1, 15. bis. 7, 2, 7. p. 418. Sic intelligendum videtur 7, 5, 18. p. 488. πάλιν αὖ ἐθέλω. Cf. §. 16. Ε. 3, 5, 14. 4, 8, 11. τοῦ κόλπου πάλιν αὖ ἐκράτει. Sed h. l. poteſt etiam eſſe *contra*. 7, 4, 1. 22. Σ. 7, 1. 8, 1. Απ. 4, 3, 8. αὖ πάλιν et πάλιν αὖ eſt *rurſus retro*. De loco Π. 4, 6, 2. p. 257. vbi legitur πάλιν — μὲν αὖ — δὲ αὖ — αὖθις, vid. αὖθις nr. 1. ¶ 2) *contra*,

e contrario. E. 4, 4, 16. οὕτω τοὺς πελταστὰς ἐπεφόβηντο, τοὺς μέντοι Λακεδαιμονίους οὕτως αὖ οἱ πελτασταὶ ἐδεδίεσαν. 6, 3. 6. p. 388. Απ. 2. 1, 11. οὐδὲ εἰς τὴν δουλείαν αὖ ἐμαυτὸν τάττω. In MS. 1. abest αὖ. Reiskius totum locum mutat. Σ. 4, 49. ὧν διδόασιν, αὖ παρέχομαι. Verti quoque possit *reddo, retribuo.* §. 51. Ιπ. 7. 18. Ιπρ. 2, 5. c. πάλιν, E. 2, 4, 19. c. δὲ, Π. 1, 4. 23. οἱ δ' αὖ πολέμιοι. 2, 3, 2. 8, 1, 5. A. 1, 10, 3. 8. 2, 4, 10. 3, 4, 12. 4, 3, 17. 6, 1, 13. E. 2, 3, 13. 3, 4, 22. 4, 3, 11. Cf. Αγ. 2, 11. Potest tamen δὲ in his etiam proprie explicari, vt nr. 3. ¶ 3) Saepe iunctum cum δὲ seruit a) transitioni in narrationibus, vt Π. 1, 2, 9. οὗτοι δ' αὖ οἱ ἔφηβοι, *porro.* 1, 6, 19. p. 80. πρὸς δ' αὖ τὸν λαγώ. 7, 1, 6. τοτὲ μὲν — τοτὲ δ' αὖ — ἐν ἄλλοις δὲ, §. 7. κατ' ἄλλους δ' αὖ — κατ' ἄλλους δ' αὖ — ὁπότε δὲ αὖ — §. 8. ὡς δὲ — §. 10. ὁ δ' αὖ Κῦρος — §. 11. ἐπεὶ δὲ — ἐπεὶ δ' αὖ. Sic ἐπεὶ δ' αὖ est Π. 2, 4, 16. Cf. ἐπεί. A. 4, 3, 1. E. 3, 5, 14. 4, 3, 8. Item interponitur quid inter vtramque particulam, vt Π. 6. 3, 6. ἐν τούτῳ δὲ παρῆν ἄλλος αὖ. E. 2, 3, 18. p. 100. ἐγ' αὖ. Vbi nonnulli perperam ἂν habent pro αὖ. b) aliis transitionibus, E. 2, 3, 18. p. 99. Ιερ. 1, 30. ὁ δὲ ἔρως πολὺ αὖ ἐθέλει ἥκιστα, *atqui.* Stobaeus αὖ omittit. Λ. 1, 8. Πκ. 4, 22. Ιπ. 8, 3. εἰ δὲ γε αὖ τοὺς πόδας ἐκτεταμένοι. Paulo ante est οὕτω δ' αὖ τοσοῦτο διαφέρουσι, vbi exponi potest *vel, adeo.* Saepius repetitur Π. 1, 2, 15. οἳ δ' ἂν παιδευθῶσι — οἳ δ' ἂν (all. inserunt αὖ, probante Zeunio) διατελέσωσι — οἱ δ' ἂν αὖ μὴ διατελέσωσι — οἳ δ' ἂν αὖ διαγένωνται. Illud αὖ ante μὴ in aliis desideratur, probante Zeunio, quia αὖ non diuersas partes vnius membri, sed diuersa membra copulet. ¶ 4) *etiam, porro, similiter.* Est saepe a) historici, vt E. 4, 8, 1. τὰ κατὰ θάλατταν αὖ διηγήσομαι. 7, 5, 21. Sic c. νῦν, Π. 8, 8, 5. Απ. 4, 5, 1. b) narrantis, Π. 1, 5, 1. ἐν τούτοις αὖ ἐδόκει κρατιστεύειν. 2, 2, 14. 3, 3, 11. 6, 3, 2. οἱ κατὰ ταῦτα γιγνόμενοι αὖ τῶν στρατιωτῶν ἐπεμέλοντο. All. αὐτῶν. A. 6, 5, 18. τὸ δεξιὸν αὖ διεσπάρη. In cod. Eton. αὖ deest. E. 3, 1, 5. 4, 8, 11. 6, 5, 29. 7, 5, 13. Αγ. 2, 22. Λ. 13, 10. Αθ. 1,

1, 13. O. 3, 4. καὶ αὖ. Pro eo §. 5. eſt καὶ παραπλησίως. Additur καὶ, Π. 1, 6, 17. A. 1, 9, 11. καὶ ἅπτέπατο αὖ τις. E. 7, 4, 18. Aπ. 2, 1, 13. Additur ἔτι, Π. 8, 8, 6. νῦν δὲ τὸ μὴ εἰςφέρεσθαι ἔτι αὖ διαμένει. Ιερ. 1, 29. c) demonſtrantis, explicantis etc. vbi interdum videtur redundare. Π. 1, 1, 1. ὅσαι — ὅσαι τ' αὖ — ὅσαι τε. (Alia v. in v. τε.) 1, 6, 2. ὅπως μὴ συνείης — μηδ' αὖ ἀποροῖς. Sic E. 3, 2, 1. 4, 3, 1. ἀγγέλλει ὅτι νικῷεν τε αὖ καὶ etc. Vbi poteſt pro δὴ accipi. Π. 2, 4, 17. p. 138. μὴ μέντοι οὕτως αὖ ποίει, ὥσπερ ἐνίοτε. 5, 5, 8. τοῦτ' αὖ ἐπιδεικνύσθω, *vel.* §. 9. p. 330. εἴ τι αὖ ἠδίκουν — εἴ τι αὖ δοκῶ. A. 2. 5, 4. 2, 6, 3. 5. 6, 1. 11. εἴ τι δέοι — καὶ εἴ τι αὖ δέοι. Aγ. 7, 4. εἴ γε μὴν αὖ καλόν. O. 1, 22. ἄλλοις δ' αὖ. Σ. 3, 5. σὺ αὖ λέγε, *nunc poſt alios, et ipſe.* Sic 4, 34. §. 10. οὐκοῦν αὖ ἐγὼ λέξω, *etiam, iam.* 3, 9. ἐγὼ αὖ, *ego vero.* Ιπρ. 3, 9. πάλιν αὖ, *itidem.* ¶ 5) Redundat, vel potius eſt i. q. δή. v. Heſych. Π. 1, 6, 11. ἃ μὲν αὖ νῦν — ὅτι δ' ἄν. All. pro ἃ μὲν αὖ habent μὲν, ὧν. quae lectio placet Zeunio, quod αὖ hic alienum occupet locum. Aπ. 3, 1, 8. ὑπὸ μὲν αὖ τῶν — ὑπὸ δὲ τῶν. E. 2, 3, 17. p. 91. ὅπως αὐτὸς μὲν αὖ — ἡμεῖς δέ. 6, 5, 38. p. 431. δεομένους αὖ ὑμῶν ἐπικουρῆσαι. Poteſt accipi pro νῦν, quod eſt paulo poſt. 7, 1, 2. p. 438. et 439. legitur quater, et vltimo quidem loco c. οὖν. Aπ. 3, 5, 16. Σ. 2, 6. 4, 36. οὕτως αὖ. Aθ. 2, 17. ¶ 6) In interrogationibus videtur vim peculiarem habere: *etiam, adeo* etc. Π, 2, 2, 8. καὶ σὺ δ' αὖ πειρᾷ etc. Margg. καὶ οἴει γε. Σ. 4, 21. οὐ γὰρ αὖ παύσῃ, *nondum.* O. 12, 13. οὗτοι αὖ μόνοι —, ἢ καὶ ἄλλοι; *tandem.* Interdum comitem habet particulam δή. Π. 8, 4, 9. πρὸς τί δὴ αὖ τοῦτο; Paulo aliter E. 7, 5, 16. ἐνταῦθα δὴ τούτων αὖ τὴν ἀρετὴν τίς οὐκ ἂν ἀγασθείη; ¶ 7) In var. lect. permutatur a) ſaepiſſime c. ἄν, cuius rei exempla vix notanda putauimus. Sic Π. 3, 2, 10. εἰ δ' ὑμῖν ἂν σύμμαχα εἴη. All. οὖν, all. αὖ. Ιπρ. 6, 1. pro οὐδὲ γὰρ ἂν Zeun. ex coniectura Leuncl. edidit οὐδὲ γοῦν αὖ. Cf. ſupra nr. 3. a. b) c. οὖν, Π. 4, 5, 15. ὁ δ' οὖν Κῦρος — ὧδε προσηνέχθη. Margg. ὁ δ' αὖ. A. 1, 1, 7. αὕτη οὖν ἄλλη πρόφασις. Margg. αὖ,

 vt

vt 2, 4, 3. τὸν δ' οὖν Εὐφράτην. All. τὸν δ' αὖ. E. 3, 3, 7. πάλιν οὖν ἐρωτώμενος. Margg. π. αὖ, quanquam paulo ante est πάλιν οὖν ἐρωτώντων. 7, 4, 12. οὗτος δ' οὖν ἀφικόμενος. Margg. οὗτ. δ' αὖ. Cf. οὖν nr. 4. c) Π. 2, 2, 2. p. 104. ἐξαρχῆς αὖ καταχωρίσας. All. ἐξαρχ. αὐτίκα χωρίσας. Zeunio αὐτίκα recte videtur conflatum ex αὖ et κατά. d) Π. 8, 3, 8. οἱ δ' αὖ τῷ (all. αὐτῷ) Κύρῳ τρεφόμενοι. Sic permutatur αὖ τὸν cum αὐτόν. v. αὐτὸς nr. 17. e) c. σύ. v. σύ. f) c. ἤδη. v. ἤδη nr. 1. g) Suspectum fuit saepe, vt vel e superioribus patet. Sic E. 6, 4, 35. τοιοῦτος δ' ἂν καὶ αὐτὸς αὖ ἀποθνήσκει. Steph. αὖ vncinis inclusit. Sed referri potest ad nr. 4. b. Contra Πο. 4, 49. ἀγορᾶς τῆς ἐκεῖ οὔσης est e coniectura Leuncl. cum in MSS. extet ἀγορᾶς τῆς ἐκείνου αὖ.

αὐαίνεσθαι, *exarescere*. A. 2, 3, 9. ὁ ἐγκέφαλος (φοίνικος ἐξαιρεθεὶς) αὐαίνετο. In addendis edit. Leuncl. est: π. ηὐαίνετο. Nonnulli habent ἐξηραίνετο per glossema. Hesych: αὐαίνεται· ξηραίνεται. etc. Cf. Suid. in v. αὐάνθη, et Phauorin. in v. αὐανθείς. O. 16, 13. ἡ ὕλη αὐαίνοιτο ὑπὸ τοῦ καύματος. Cf. §. 14. 19. ii. τὰ φυτὰ αὐαίνεσθαι διὰ ξηρότητα. Oppon. σήπεσθαι.

αὐγή, *splendor*, radius. Απ. 4, 7, 7. ἄνευ ἡλίου αὐγῆς οὐδὲν δύναται καλῶς ἀέξεσθαι. K. 5, 26. lepus habet βλέφαρα οὐκ ἔχοντα προβολὴν ταῖς αὐγαῖς loco. Fr. Portus exponit *pupillis*. 10, 7. αἱ αὐγαὶ (all. perperam αὗται) τοῦ φέγγους.

Αὐγή, K. 7, 5. nomen cani imponendum.

ἀΰειν, *clamare*. Reperitur in var. lect. ἀΰσαντα pro λήσαντα. v. λήθειν nr. 3.

αὐθάδης, *contumax*. v. Theophrast. charactt. 15. et ibi interpp. K. 6, 25. canis αὐθάδης. Oppon. φιλάνθρωπος.

αὐθαίρετος, ¶ 1) *suo suffragio lectus*. A. 5, 7, 17. αὐθαίρετοι στρατηγοί, *qui ipsi arrogarunt sibi imperium*. §. 16. erat ὅστις ἂν ἑαυτὸν ἕληται στρατηγόν. ¶ 2) *voluntarius*. E. 6, 2, 24. θανάτῳ αὐθαιρέτῳ ἀποθνήσκει, *suis se manibus interfecit*.

αὐθημερὸν, *statim*. Π. 3, 3, 23. 24. 5, 5, 2. Sic videtur intelligendum A. 4, 4, 14. et 4, 5, 1. quanquam hic exponunt *eodem die*. Non male.

Αὖθις, ¶ 1) *rursus.* Π. 1, 4. 13. 2, 4, 16. Ε. 1, 7, 9. αὖθις κατηγορεῖ αὐτῶν τὰ αὐτά. 4, 5, 16. αὖθις δίωξιν ἐποιήσαντο. Sed hoc αὖθις est e margg. In edd. vett. est αὐτῶν. In sequentibus tamen legitur ποιοῦντες καὶ πάσχοντες — καὶ αὖθις, *semel adhuc, saepius.* Sic fere A. 4, 7. 1 πρώτη — ἄλλη — καὶ αὖθις ἄλλη. Σ. 1, 14. αὖθις ὀλίγον ὕστερον. 9, 4. spectatores in spectaculo ἅμα μὲν ἐκρότουν, ἅμα δὲ ἐβόων αὖθις, *repeti iubebant.* Notabilis locus est Π. 4, 6, 2. p. 257. ὡς πάλιν λέοντος παρατυχόντος ὁ μὲν αὖ ἥμαρτεν, *rursus,* ὁ δ' αὖ (v. αὖ nr. 3.) αὖθις τυχὼν κατειργάσατο. Pro αὖθις τυχ. all. habent δυςτυχῶς τυχ. quod monente Zeunio possit oxymoron videri. Sed potuit etiam αὖθις mutari a sciolo, qui putaret, cum praecedente αὖ illud efficere tautologiam. Verum δ' αὖ est *porro,* vel *contra.* ¶ 2) *similiter, quoque.* Π. 2, 1, 1. προσηύχοντο αὖθις θεοῖς. Vertunt *rursus.* Muretus conicit αὖ τοῖς. 3, 3, 11. 19. A. 4, 2, 9. ἕτερον λόφον, ἐπὶ τοῦτον αὖθις πορεύεσθαι. Amasaeus vertit *sine vlla cunctatione.* ¶ 3) De tempore futuro dicitur, et reddi potest a) *deinde.* Π. 7, 5, 18 p. 447. Γωβρύας — καὶ αὖθις Γαδάτας. Saepe sic legitur αὖθις δὲ, vt A. 2, 4, 3. Ε. 7, 1, 29. vbi vertitur *rursus.* 7, 2, 5. 11. 7, 3, 7. p. 476. Vnde Π. 2, 2, 6. αὖθις δὲ ὁ λοχαγὸς nescio cur mutatum est in margg. in αὐτός. b) *postea, futuro tempore.* Π. 1, 4, 5. αὖθις βέλτιον ποιεῖν. 6, 1, 25. Ε. 2, 3, 17. p. 92. 6, 5, 38. p. 430. Πο. 4, 37. Απ. 1, 2, 23. vbi oppon. πρόσθεν. c) *postea aliquando* A. 7, 5, 2. Interdum additur ποτὲ, Ε. 6, 3, 6. p. 388. ἢν μὴ νῦν, ἀλλ' αὖθίς ποτε. 7, 4, 8. αὖθις ἔτι ποτέ. ¶ 4) Potest accipi pro εὐθύς. Hesych: αὖθις — εὐθύς. Cf. εὐθὺς nr. 7. Π. 2, 1, 2. p. 88. εἰ μὲν προςδεῖ, εἴτε καὶ μὴ, αὖθις βουλευσόμεθα. Marg. Leuncl. εὐθὺς βουλ. Sed Hutch. vertit *posthac,* quae versio h. l. placet. Contra 8, 3, 13. vbi εὐθὺς ἐγὼ παρέσομαι e marg. Leuncl. perperam editur, in edd. vett. est αὖθις. Σ. 1, 16. Leuncl. itidem frustra tentat εὐθύς. Quanquam αὖθις h. l. significare potest *rursus* vel *postea.* ¶ 5) Dicitur ἐπὶ τόπου, auctore Hesychio, h. e. significat

gnificat *retro*, atque adeo αὖθις ἔρχεσθαι, *redire* etc. E. 1, 6, 26. παραχρῆμα αὖθις πλεῖν εἰς τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον. A. 7, 7, 18. αὖθις ταχὺ ἐλθόντας. Ιπ. 10, 4. ὅταν αὖθις ἔλθῃ (olim erat θέλῃ. v. θέλειν nr. 1.) παρ' ἵππους. Leuncl. in lucubratione Taurinensi inuenerat εὐθὺς, ipse vero coniecit αὐτὸς, h. e. *sponte*. Imo αὖθις ἔρχεσθαι vel θέλειν est *reuerti* vel *cupere reuerti*. Gail vertit: *retro festinat ad* etc.

αὐλεῖν, *tibia canere*. Saepe legitur ἐπίστασθαι αὐλεῖν, vt O. 1, 10. 2, 12. 18, 9. 19, 16. Cf. αὐλητής, αὐλητρίς, αὐλός. Palliuum: a) *tibia cani*. Σ. 9, 3. ηὔλειτο ὁ Βακχεῖος ῥυθμός. b) *habere tibicines sibi accinentes, tibiarum modulis recreari*. v. Perizon. ad Aelian. V. H. 9, 8. A. 6, 1, 6. πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι. Π. 4, 5, 3. εὐωχοῦντο καὶ ηὐλοῦντο. All. pro his tribus habent ᾖδοντο, quod videtur esse glossema.

αὔλημα, *tibiarum cantus*. Σ. 6, 5. iocose explicatur per συριγμόν. v. Gramm.

αὐλητής, *tibicen*. E. 4, 8, 18. et Aπ. 1, 7, 2. αὐλητὴς ἀγαθός. In Lacedaemoniorum exercitu A. 13. 7. αὐληταὶ erant vltimo loco in acie. §. 8. ante proelium αὐλεῖν πάντας τ.. παρόντας αὐλητὰς κα.. apud Lacedaemonios. Sed etiam post victoriam. Aγ. 2, 15. E. 4, 3, 14. Plutarchus tamen (Agesil. 19.) hos quoque locos, ne male, intelligit de e.. qui tentare vult, an hostes proelium sint commissuri. Non vero cornuum tubarumue signis, sed tibiarum modulis in proelio vsos esse Lacedaemonios refert Thucydides (5, 70), vt iam Gellius annotauit 1, 11. Cf. Polyb. 4, p. 289. Athenae. 12, 3.

αὐλητρίς, *tibicina*. *In conuiuio ad saltationem*, Σ. 2, 1. αὐλητρίδα ἀγαθήν. §. 2. ἡ αὐλητρὶς ηὔλησε. Cf. §. 8. §. 21. ἐμοὶ αὐλησάτω, ἵνα ὀρχήσωμαι. §. 22. κελεύσας τὴν αὐλητρίδα θᾶττον ῥυθμὸν ἐπάγειν. 6, 4. ἐν μορφάζοις, ὥσπερ ἡ αὐλητρίς. E. 2, 2, 14. τὰ τείχη κατέσκαπτον ὑπ' αὐλητρίδων. v. ὑπὸ c. gen. nr. 5.

αὐλίζεσθαι, ¶ 1) *pernoctare*. A. 2, 2, 9. σκοταῖ.. — ηὐλίζοντο. 4, 1, 8. ταύτην τὴν νύκτα — ηὐλίσθησαν. 4, 5, 16. ἐνταῦθα ηὐλίσθησαν — ἐπειδὴ δὲ τρί.. ἡμέραν ἦν. Sic 7, 3, 28. 7, 7, 3. ηὐλίζεσθε ἐκκεχαλινωμένοι;

λινωμένοις τοῖς ἵπποις. Fortassis possunt etiam quaedam ex nr. 2. huc referri. ¶ 2) *commorari cum exercitu, castra metari*. Π. 4, 6, 6. τῇ ἑτέρᾳ αὐλίζοιο παρ' ἡμῖν. Α. 4, 3, 1. ταύτην τὴν ἡμέραν ηὐλίσθησαν etc. §. 2. 4, 5, 17. 6, 4, 1. 7, 4, 3. 7. 8. 7, 7, 3. πρεσβεύων ηὐλίζου παρ' ἡμῖν. Sic classis, Ε. 1, 6, 25. ἐς τὰς Ἀργινούσας κατέπλευσαν — χειμὼν αὐτοὺς διεκώλυσε — αὐτοῦ ηὐλίζοντο. ¶ 3) Permutatur c. ἀλίζεσθαι. v. ibi.

αὔλιον (poet.), *caula*. Ε. 3, 2, 3. (ἐν τῷ στρατοπέδῳ) ὥσπερ ἐν αὐλίῳ σηκασθέντες κατηκοντίσθησαν.

Αὐλὶς, *Aulis*. Ε. 3, 4, 3. 3, 5. 5. 7, 1, 24. vrbs et portus Boeotiae, vbi Agesilaus Dianae sacra facturus impeditus fuit a Thebanis.

αὐλὸς, ¶ 1) *tibia*. Adhibetur in conuiuio, Α. 7, 3, 16. σημαίνουσι αὐλοῖς τε καὶ σάλπιγξι. Sic in conuiuio 6, 1, 3. πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντο. Cf. §. 4. 5. Σ. 7, 5. 6, 4. ἡ ᾠδὴ ἡδίων πρὸς τὸν αὐλόν. §. 3. τετράμετρα πρὸς τὸν αὐλὸν κατέλεγεν — ὑπὸ τὸν αὐλὸν ὑμῖν διαλέγωμαι (v. ὑπὸ c. acc. nr. 4.) — ἐὰν ὁ αὐλὸς φθέγγηται. 3, 1. συνηρμοσμένῃ τῇ λύρᾳ πρὸς τὸν αὐλόν. Ο. 1, 10. 11. 2, 12. ¶ 2) *hastae pars ea, qua inseritur spiculo hastile*. Poll, 5, 20. τῆς λόγχης (np. τοῦ προβολίου) τὸ περὶ τὸ ξύλον, καλεῖται αὐλός. Κ. 10, 3. edd. vett. legunt αὐλὸν pro καυλόν. v. καυλός.

αὐλὼν vertitur *alueus, canalis*. Cf. Hesych. et Suid. Α. 2, 3, 6. ἐνετύγχανον τάφροις καὶ αὐλῶσι πλήρεσιν ὕδατος. Intelligendae videntur *valles angustiores*. Hutch. dicit, etiam valles, si mediocri sint latitudine, sua figura αὐλὸν posse referre.

Αὐλὼν, *Aulon*. Steph. Byz. varias hoc nomine vrbes commemorat, et Morus putat, vrbes ad conualles sitas saepe habuisse hoc nomen. Ε. 3, 2, 18. videtur esse vrbs Messeniae, quam memorat etiam Pausanias lib. 4. extr. Nisi est Laconicae, vt Ε. 3, 3, 8. et 10. Cf. Polyaen. 2, 14.

Αὐλωνῖται, *Aulonis Laconicae ciues*. Ε. 3, 3, 8.

αὐξάνειν et
αὐξεῖν et
αὔξειν, ¶ 1) *alere, augere*. Ιπ. 5, 7. αὔξειν τὰς τρίχας. Σ. 7, 4. τὸ ἔλαιον αὔξει τὴν φλόγα. Απ. 2, 7, 9. τὴν ἀπ' ἐκείνων χάριν αὐξήσετε. ¶ 2) *commodis augere, prodesse*. Dicitur varie,

varie, vt Απ. 3, 6, 4. et 14. οἶκον αὐξῆσαι. §. 15. est ὠφελοίην. Np. diuitias augendo. O. 1, 4 αὔξειν τὸν οἶκον. Pro quo §. 2. erat οἶκον εὖ οἰκεῖν. 2, 1. αὔξοιμι τὸν οἶκον. 6, 4. etc. Απ. 3, 7, 2. τὴν πόλιν αὔξειν consilio. Ιερ. 2, 15. τὴν πόλιν ηὐξηκέναι. §. 17 αὔξει ὅλην τὴν πόλιν. Ita ediderunt viri docti pro ἄξει. v. ἄγειν nr. 21. Sic imperatiuus Ιερ. 11, 13. αὔξει τὴν πόλιν. Απ. 3, 6, 2. αὐξήσεις τὴν πατρίδα. Σ. 8, 38. φίλους εὖ ποιεῖν καὶ τὴν πατρίδα αὔξειν. Λ. 10, 4. E. 1, 4, 6. τὸ κοινὸν αὔξοντες. 4, 1, 15. αὔξειν τὴν βασιλέως ἀρχήν. Π. 5, 5, 10. p. 334. τὴν ἐμὴν χώραν αὔξεις. 8, 5, 12. p. 528. Κῦρον ηὐξήσατε στράτευμα δόντες καὶ ἄρχοντα τούτου καταστήσαντες. O. 1, 6. τοὺς ἐχθροὺς αὔξων, *hostium commoda promouens, commodis seruiens.* Sed E. 6, 1, 4. p. 359. αὔξοιμεν ἂν ἀλλήλους, np. societate facta, vt 7, 1, 12. ἐκείνους (Lacedaemonios) ηὐξήσατε. Αθ. 1, 4. τὴν δημοκρατίαν αὔξουσιν, *firmant.* §. 14. τοὺς πονηροὺς αὔξουσιν, *plebeios ad honores euehunt aliisque commodis augent.* Π. 8, 4, 1. οἱ μάλιστα (τῶν φίλων) τὸν Κῦρον αὔξειν βουλόμενοι καὶ τιμῶντες. E. 3, 4, 9. τοὺς αὔξοντας (ἐμὲ) ἀντιτιμᾶν, *qui auctoritatem meam stabilientes.* Π. 8, 8, 11. τιμαῖς αὐξήσας τινὰς [illegible] O. 4, 7. τούτους τιμαῖς αὔξει καὶ δώροις μεγάλοις [illegible] τίζει. Cf. πρόσοδος. [illegible] Passiuum: *augeri, crescere.* Π. 8, 7, 3. p. 5[illegible] liberi ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ αὐξηθέντες, *educati.* Λ. [illegible] 6. εἰς μῆκος αὐξάνεσθαι. Ιπ. 1, 17. πῶλοι αὐξόμενοι. §. 16. αἱ κνῆμαι εἰς μέγεθος οὐ μάλα αὔξονται. A. 4, 7, 7. καλῶς αὔξεσθαι dicuntur, quae e terra nata sunt. De iisdem Σ. 2, 25. ὀρθὰ αὔξεται. Πο. 4, 40. τὰς ἀγορὰς αὐξάνεσθαι rebus multis importatis. De animo, Π. 5, 2, 15. p. 285. φόβος ἐκ [illegible] λόγων — ηὐξημένος. 8, 5, 9. ηὔξηται ἐν αὐτοῖς ἡ [illegible] Απ. 2, 6, 39. ἀρετὰς μαθήσει καὶ μελέτῃ αὔξεσθαι. 3, 9, 2. μαθήσει καὶ μελέτῃ πρὸς ἀρετὴν αὔξεσθαι. De potentia varie, et saepe de republica, v. c. Π. 1, 6, 19. p. 83. ηὔξησαν [illegible] ἰδιώτας καὶ πόλεις, ὑφ' [illegible] αὐξηθέντων etc. 5, 5, 9. p. 331. χώραν αὐξανομένην accessionibus. Oppos. μειουμένην. Sic §. 10. p. 332. vbi explicatur verbis μείζω ποιεῖν. 6, 1, 9. τὰ [illegible] [illegible]

μέτερα ἀσθενέστερα γίγνοιτ' ἂν, τὰ δὲ τῶν πολεμίων αὐξήσεται. E. 6, 2, 1. αὐξανομένους διὰ σφᾶς τοὺς Θηβαίους. Πο. 5, 2. Ἀθῆναι πεφύκασιν ἐν εἰρήνῃ αὔξεσθαι. O. 1, 15. οἶκοι ηὐξημένοι ἀπὸ πολέμου. Cf. supra nr. 2. O. 3, 15. αὔξονται οἱ οἶκοι. Oppon. μειοῦνται. De gloria, Π. 4, 2, 2. ἀπὸ τῆς μάχης τὸ τούτου ὄνομα μέγιστον ηὔξετο. Απ. 2, 1, 28. διὰ πολέμου αὔξεσθαι. Αγ. 1, 36. Ἀγησίλαος αὐξανόμενος καὶ εὐκλείᾳ καὶ δυνάμει.

αὔξησις, *augmentum, incrementum.* Moeris et Thomas Mag. Attice dici aiunt αὔξη. Sed v. vtriusque interpp. et Wetſt. ad Epheſ. 4, 16. O. 5, 1. οἴκου αὔξησις. Πο. 3, 6. αὐξήσεις τῶν προσόδων. K. 7, 1. τὸ ἔαρ πρὸς τὰς αὐξήσεις τῶν κυνῶν (catulorum) κράτιστον.

αὔξιμος, *almus, incrementa afferens.* Pollux 5, 50. τροφαὶ τοῖς σκύλαξι (μετὰ) τὸ ἐκ τῶν μητέρων γάλα. τοῦτο γάρ φησιν αὔξιμον εἶναι ὁ Ξενοφῶν. K. 7, 3. σκυλάκια μὴ ὑποβάλλειν ὑφ' ἑτέραν κύνα· αἱ γὰρ θεραπεῖαι αἱ ἀλλότριαι οὐκ εἰσὶν αὔξιμοι.

ἄυπνος, *inſomnis, ſomno ſe priuans.* Π. 2, 4, 17. p. 138. ὅλην τὴν νύκτα ἄυπνος πραγματεύσῃ. Margg. ἄγρυπνος, quod ad gloſſas refertur in addendis Leuncl.

αὔρα, *aura, ventus lenis.* E. 6, 2, 17. εἰ μὲν αὔρα φέροι, *ventus ſecundus,* vbi remigio non eſt opus. O. 20, 18. αὔρας θηρεύων μαλακάς. Σ. 2, 25. dicuntur τὰ φυτὰ αὔραις διαπνεῖσθαι.

αὔριον, *cras.* Π. 3, 3, 17. A. 6, 5, 12. etc. A. 4, 6, 5. εἴτε τήμερον, εἴτε αὔριον. 6, 4, 11. τῇ αὔριον, ſcil. ἡμέρᾳ. Plene O. 11, 6. ἀπὸ τῆς αὔριον ἡμέρας. Π. 4, 2, 3. iunguntur αὔριον ἕωθεν. Sed vſitatius αὔριον πρωΐ, *craſtino diluculo,* vt Π. 4, 6, 5. 5, 5, 13. 6, 3, 10. 7, 5, 15. Paulo aliter A. 7, 6, 5.

αὐστηρότης, *auſteritas.* A. 5, 4, 16. οἶνος, ὃς ἄκρατος ὀξὺς ἐφαίνετο ὑπὸ τῆς αὐστηρότητος. Eodem modo latine dicitur *vinum auſterum.*

αὐτὰρ (poet.), *at, vero.* Π. 1, 6, 9. Sic in loco poetae Απ. 1, 2, 20.

* αὐταρκέστατα, *cum ſumma animi aequitate, ſine omni aegritudine.* Απ. 1, 2, 14. Σωκράτην ἀπ' ἐλαχίστων χρημάτων αὐταρκέστατα ζῶντα.

αὐ-

αὐτάρκης, ¶ 1) *ipſe ſibi ſufficiens, non aliorum auxilio indigens.* Π. 4, 3, 3. p. 227. μὴ αὐτάρκεις ὄντες κτήσασθαι αὐτά, *cum non ſoli poſſimus.* Απ. 4, 7, 1. αὐτάρκεις ἐν ταῖς προσηκούσαις πράξεσιν. 4, 8, 11. μηδὲ ἄλλου προςδεῖσθαι, ἀλλὰ αὐτάρκης εἶναι πρὸς τὴν τούτων γνῶσιν. ¶ 2) *frugalis, cui ſufficiunt ſua, ſorte ſua contentus.* Απ. 2, 6, 2. μὴ αὐτάρκης ἐστὶν, ἀλλ' ἀεὶ τῶν πλησίον δεῖται.

αὐτίκα, ¶ 1) *ſtatim, illico.* Π. 2, 2, 1. p. 102. 4, 2, 4. Α. 1, 8, 2. 3, 2, 22. καὶ αὐτίκα, *vel poſtea.* Oppon. ὡς τάχιστα. Π. 4, 5, 8. αὐτίκα — ἀναφανούμεθα. Poteſt accipi pro ἐντεῦθεν, vel verti *facile,* vt Ε. 3, 5, 8. p. 182. ¶ 2) *in praeſentia.* Πο. 6, 2. καὶ αὐτίκα, καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον. Et c. articulo, Π. 7, 5, 26. p. 455. τὸ αὐτίκα ἡδὺ, quae tamen etiam reddi poſſunt *voluptas quae facile paritur.* Cf. παραυτίκα. ¶ 3) Saepe comitem habet particulam μάλα. Π. 3, 2, 4. αὐτίκα μάλα. Paulo poſt eſt ſimpliciter αὐτίκα. 4, 2, 12. 18. 8, 3, 18. Α. 3, 5, 6. Cod. Eton. pro αὐτίκα habet ἐντεῦθεν. 6, 2, 3. 7, 6, 13. Ε. 5, 1, 15. ἥκετε αὐτίκα μάλα, *quam primum.* 7, 1, 3. αὐτίκα μάλα ἐπάξω, *quam facillime.* Απ. 1, 3, 11. Ο. 15, 9. εἰ αὐτίκα μάλα δόξεις γεωργεῖν, *non edocto.* Σ. 4, 7. αὐτίκα μὰ Δί' ἔξεστι παρῆσθαι — ἐὰν ἐνέγκῃ τις κρόμμυον, αὐτίκα μάλα ὠφελημένοι ἔσεσθε. Wyttenbach. ad Plutarch. de ſera num. vind. p. 13. etiam pro μὰ Δί' coniungit μάλα. Σ. 7, 4. οὐδὲ πάνυ τι σπάνιον — ἀλλ' αὐτίκα μάλα. etc. Item cum ſuperlatiuo. Αγ. 5, 5. αὐτίκα μάλα κάλλιστος — ἔσεσθαι. Nam μάλα cohaeret cum αὐτίκα. ¶ 4) *exempli cauſa.* Quod enim interdum vertitur *primum,* id improbat Markland. ad Lyſ. p. 581. (p. 647. ed. Reisk.) Cf. Ern. ad Απ. 4, 7, 2. Π. 1, 6. 9 vertunt *ne longe abeamus.* 3, 1, 17. 5, 1, 5. Ιερ. 2, 7. Α. 1, 3. Ο. 19, 18. ¶ 5) In var. lect. eſt pro αὖ. v. αὖ nr. 7. c.

Αὐτοβοισάκης, *Autoboeſaces,* filius ſororis Darii Nothi, iuſſu Cyri iunioris interfectus. Ε. 2, 1, 6.

αὐτογνωμονεῖν. Ε. 7, 3, 6. παρ' αὐτὰς τὰς ἀρχὰς — αὐτογνωμονήσαντες ἀπέκτειναν τὸν ἄνδρα, *ſuo arbitratu, re non iudicata.* Similiter dicitur αὐτὸς

τὸς γνούς. v. αὐτός nr. 2. Et αὐτογνώμων est *arbiter, qui non ex legibus, sed ex aequo et bono iudicat.* v. Salmas. de modo vsurr. p. 672. sq.

αὐτόθεν, ¶ 1) *inde, ex eo ipso loco, vbi quis est.* E. 2, 1, 9. 4, 3, 8. αὐτόθεν προσεγένοντο ὁπλῖται, *ex incolis illius regionis.* Cf. Ay. 2, 6. E. 4, 1, 8. 6, 2, 7. οὐ δυνάμενος αὐτόθεν τὰς ναῦς πληρῶσαι. Cf. A. 5, 1, 6. Potest pro οἴκοθεν accipi. v. Suid. Saltem sic est Aπ. 2, 8, 1. vbi opponitur ἐκ τῆς ἀποδημίας. ¶ 2) *e loco de quo antea dictum fuit.* Π. 2, 1, 2. p. 86. πολλοὶ ἥκοντες αὐτόθεν, *e regione hostium.* 5, 2, 14. οἶδα ἐξελθοῦσαν δύναμιν αὐτόθεν. Mrgg. ἐξ αὐτῆς, np. Βαβυλῶνος. A. 4, 2, 4. 4, 7, 12. Aπ. 3, 6, 12. ἔλαττω προσέρχεται αὐτόθεν, *ex argenti fodinis.* Sed Grammaticus MS. Bibliothecae Sangerman. habet haec: αὐτόθι. Ξενοφῶν ἐν Ἀπομνημονευμάτων γ', et videri potest huc respexisse. v. Ruhnken. Cf. infra nr. 4. ¶ 3) De tempore: *statim, tum.* Π. 6, 2, 11. p. 371. ὅταν δ' ἐκβαίνωμεν — χρὴ αὐτόθεν παρασκευάσασθαι. E. 2, 2, 8. 3, 4, 20. et Ay. 1, 28. E. 7, 5, 3. Aπ. 2, 8, 3. ¶ 4) Permutantur inter se αὐτόθεν et αὐτόθι. A. 4, 5, 12. μέλαν τι χωρίον, διὰ τὸ ἐκλελοιπέναι αὐτόθεν τὴν χιόνα. All. αὐτόθι. Aθ. 3, 6. v. αὐτόθι. E. 2, 4, 8. αὐτόθεν προσεγένοντο, *ex incolis illius loci.* In edd. vett. est αὐτόθι.

